PIscatores autem de scenderant: et laua bāt retia sua. Piscatores sunt eccl'ie doctores: qui nos rete fidei comprehē sos: et de pfundo ad lumē elatos quasi pisces lito ri: sic terre viuētiū adue hūt. Quasi em quedā re tia piscantiū sunt cōple xe predicantiū dictiōes: q̄ eos quos ceperint in fi de nō amittāt vnde et re tia quasi retinentia sunt vocata. Sz hec retia mo do relaxātur in capturā/ modo lota plicant: qr nō om̄e tēpus est habile do ctrine: sed nūc exaranda lingua doctoris: nūc sui met cura gerēda. Lcō. ix.

Ascendēs aūt i vnā na uim que erat symonis ro gauit eū a terra reducere pusillū: et sedens docebat de nauicula turbas. Na uis simōis est ecclia pri mitiua de q̄ docebat tur bas/ qr de auctoritate ec clesie vsq hodie gentes ad celorū regna inuitat. Ut cessauit aūt loq̄: dixit ad simonē. Duc in altū: et laxate retia vestra in ca pturā. Quod pmo roga uit simonē nauē a terra reducere pusillū: signifi cat vel tēperate vtēdum verbo ad turbas vt nec terrena eis pcipiant: nec sic a terrenis in pfunda sacramentorū recedatur vt ea penit⁹ nō intelligāt vel pri⁹ in pximis regio nibus gentiū predicādū Ut quod dixit itē petro: duc in altū et laxate retia vestra i capturā ad remo tiores gētes quib⁹ post ea predicādū est ptineat

ān. Ascendēs iesus in na uem et sedēs docebat tur bas all'a. p. Bnd⁹.. Ad ves. ān. Preceptor p totā no ctē laborātes nichil cepi m⁹: i vbo aūt tuo laxabo rete. p. Mgt. ℂ Do.vi.or

DEus qui diligentib⁹ te bona inuisibilia preparasti: infunde cor dib⁹ nris tui amoris affe ctū vt te in oibus et sup oia diligētes: pmissiōes tuas q̄ om̄e desideriū su perant ꝯsequamur. Per dñm. Secūdum matheū

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis: quia nisi abundauerit iustitia vestra plusq̄ scribarum et phariseorum: nō intrabitis i regnum celorum. Et reliqua. Omelia excerpta de diuersis tractatibus. Lectio septima.

Iustitia phariseorū est vt non occidant. Justitia eorum qui intraturi sunt in regnum dei est: vt non irascantur. Minimū ergo est nō occidere: ꝛ qui illud soluerit minim⁹ vocabitur in regno celorū. Qui autem illud impleuerit vt non occidat: non continuo magnus erit ꝛ aptus regno celoꝝ: sed tamē ascendit in aliquē gradū. Perficiet autē si nec irascit. Quod si perfecerit: multo remotior erit ab homicidio. Quapropter qui docet vt non irascamur nō soluit legē vt non occidamus: sed implet poti⁹ vt ꝛ foris dum nō occidimus: ꝛ intus dū nō irascimur innocentiā custodiamus. Lctō. viii.

Audistis q꞉ dictum est antiqs. Nō occides. Qui autē occiderit: reus erit iudicio. In lege enim iudicabatur vt qui aliū occidebat: et ipse occideretur. Ego autem dico vobis: id est ego nouus homo vobis nouis noua loquor. Qui eñ oīs q̄ irascitur fratri suo: re⁹ erit iudicio. Uidendū est quantum intersit inter iustitiam phariseorū ꝛ christianorū: q̄ introducit in regnū celorū. Ibi eñ occisio: reum facit iudicio. Hic autē ira reū facit nichilominus iudicio. Qui aūt dixerit fratri suo racha: reus erit cōsilio. Racha enim grece: hebraice dicit cenos id est inanis ꝛ vacuus quem possum⁹ vulgata iniuria absq̄ cerebro nuncupare. Sed si de ocioso sermone reddituri sumus rationē: q̄to magis de ꝯtumelia? L.ix. Signanter additur q̄ dixerit fri suo racha. Frater eñ noster nullus est: nisi q̄ eūdem nobiscū habet patrē. Cū ergo similiter credat in deū et xp̄m dei nouerit sapientiam: qua rōne stulticie elogio denotari pōt? Quid iter est aūt inter reū iudicio/ ꝛ reū ꝯsilio/ ꝛ reū gehen=

ne ignis: Nã hoc postre-
mũ grauissimũ sonat: ⁊ ad
monet grad⁹ quosdã fa-
ctos a leuiorib⁹ ad grauio-
ra: donec ad gehẽnã ignis
veniret. Et ideo si leuius
est reũ esse iudicio q̃ reũ
esse cõsilio. Itẽ si leuius
est reũ esse consilio q̃ reũ
esse gehẽne ignis oportet
vt leui⁹ esse intelligat ira
sci fratri q̃ dicere racha.
Et rursus leui⁹ esse dice-
re racha q̃ dicere fatue.
Nõ eñ reatus ipe habe-
ret gradũ nisi gradatim
etiã pctã ɔmemorarent.
Mat. 5.c. Tu. a. Audistis q2 dictũ
est antiq̃s nõ occideris / q̃
autem occiderit reus erit
iudicio. Hs. Bñ⁹. Ad ves.
Mat. 5.d. ãn Si offers munus tuũ
ante altare ⁊ recordatus
fueris q2 frat tu⁹ hz ali-
q̃d aduersũ te: relinq̃ ibi
munus tuũ ante altare ⁊
vade p̃us reconciliari fri
tuo. ⁊ tũc veniẽs offeres
mun⁹ tuũ alt'a. PW agr.
¶ Dominica. vij. Oratio
DEus virtutũ cuius
est totũ qd est opti-
mũ: insere pectorib⁹ nr̃is
amorẽ tui nois ⁊ p̃sta in
nobis religiõis augmen-
tũ. vt q̃ sũt bona nutrias
ac pietatis studio q̃ sunt
nutrita custodias. Per.
¶ Secundum Marcum.
IN illo tpe. Cũ turba Mar. 8.
multa esset cum iesu
nec haberẽt qd mãduca-
rẽt: cõuocatis discipulis
ait illis. Misereor super
turbã / q2 ecce iã triduo
sustinent me nec habent
qd manducent. Etc. Ser
mo ex cõ. ve. be. p̃sby. l. 7
In hac lectiõe ɔsideran
da est in vno eodẽq3 redẽ
ptore nr̃o disticta opera-
tio diuinitatis ⁊ humani
tatis atq3 error eutices q̃
vnã tantũ in xp̃o opatio-
nem dogmatizare presu-
mit procul a xp̃ianis fini
bus expellend⁹. Quis eñ
nõ videat hoc qd sup tur-
bã misereł dñs ne vł ine-
dia vel vie lõgioris labo-
re deficiat affectum esse ⁊
ɔpassionẽ humane fragi
litatis. Qd vero de septẽ
panib⁹ ⁊ pisciculis pau-
cis quatuor milia hoim
satiauit diuine opus esse
virtut. Mistice aũt hoc
miraculo designał: q̃ viã
p̃ntis seculi aliter incolu-
mes trãsire nequiuimus
nisi nos gratia redẽpto-
ris nostri: alimẽto sui ver
bi reficiat. Lctõ octaua.
Hoc vo typice inter hãc

refectionē ꝛ illam quinqꝫ panū ac duorū pisciū distat: qđ ibi lr̄a veteris testamēti spūali gr̄a plena esse signata est. Hic autē noui veritas ac gr̄a testamēti fidelib⁹ ministranda mōstrata. Sane vtraqꝫ refectio in monte celebrata est: vt alioꝝ euāgelistarū narratio declarat qa vtriusqꝫ scriptura testamēti recte itellecta altitudinē nobis celestium pceptoꝝ mādat ꝛ pmiorū Utrāqꝫ altitudinez xp̄i q est mōs domus dn̄i i vertice montiū cōsona voce predicat. Qui eciā edificatam sup se ciuitatem siue domū dn̄i: id est ecclesiaꝫ in alta bonoꝝ extollit operū ꝛ cūctis manifestam gentib⁹ exhibet: ipse hāc ab infimis delectationib⁹ abstractam pane celi reficit/atqꝫ ad appetitum superne suauitatis dato pignore cibi spiritualis accendit. Lectio nona.

Misereor inquit sup turbam qr ecce iam triduo sustinent me: nec habent qđ mādūcent. Et si dimisero eos ieiunos i domū suā deficiēt in via. Quare triduo turba dn̄z sustinuerit: matheus exponit plenius qui ait. Et ascēdens in montē: sedebat ibi. Et accesserūt ad eū turbe multe: habentes secū mutos/cecos/claudos/debiles/ꝛ alios multos: ꝛ piecerunt eos ante pedes ei⁹ ꝛ curauit eos. Turba ergo dn̄z sanatione infirmoꝝ suoꝝ triduo sustinet: cū electi qqꝫ fide scē trinitatis lucidi dn̄o pro suis suorūqꝫ peccatꝫ anime videlicet lāguoribus pseueranti instantia supplicant. ān. Misereor super turbaꝫ: qr ecce iam triduo sustinent me nec habent qđ manducent et si dimisero eos ieiunos: deficiēt in via allr̄a ꝑ. Bn̄dictus. Ad vespe. ān. Et accipiens iesus septē panes gr̄as agens fregit et dedit discipl'is suis vt apponerent: ꝛ apposuerunt turbe allr̄a ꝑs. Magnifi.

Mar. 8. a.

Ibid.

Dominica. viij. Oro.

Deus cuius prouidētia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus/ vt noxia cuncta submoueas: ꝛ omnia nobis profutura concedas. Per dn̄m nostrū.

Secūdum matheum.

Mat. 7.b. IN illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis. Attēdite a falsis pphetis qui veniunt ad vos in vestimētis ouiū: intrīsec⁹ aūt sūt lupi rapaces. Et reli.

Omelia origenis. lec. vii.

Quod paulo supius fratres charissimi dñs nr̄ iesus xp̄s spaciosam ⁊ latā viam nomīauit. hoc nūc apertius falsos pphetas ostendit: per quos multi in perditionem abminabilem abierunt. Qui primo in iudea multi apparuerunt: et modo perfidia totum impleuerunt mundum. Sed illi q̄ pri⁹ falsi prophete fuerūt verissimos domini prophetas vsq₃ ad mortem persecuti sūt sicut hieremiā et micheam / aliosq₃ multos. Isti autem nunc falsi prophete et falsi christiani / qui sunt veraces christianos sine misericordia persequuntur et opprimunt: aliquando si detur copia etiam gladiis sine intermissiōe aut suis prauis morib⁹ ⁊ exemplis. Idcirco omnes preueniens dominus ad hortatur dicens. Attēdite a falsis pphetis. R. viii.

Attendite diligent' obseruate cautius vt non seducamini vt nō circumueniamini vt non fallamini. Attendite ergo: hoc est considerate: qr non sunt oues sed lupi in vestimēto ouium. Quia nō sunt religiosi / sed irreligiosi ī figura religiositatis. Qr nō sunt xp̄iani sed veritate vacui xp̄ianoꝝ psecutores. Attendite a falsis pphetis q̄ veniunt ad vos / in vestimētis ouium intrinsec⁹ autē sunt lupi rapaces. Ipsos ⁊ beatus paulus apostolus ad ephesios loq̄ns designabat dicens. Scio enim quia post decessum meum introibunt in vobis lupi graues: lupi rapaces. Lectio nona.

LUpi enim rapaces nominantur omnes infideles heretici: q̄ grauiter sanctam ecclesiam opprimunt ⁊ persequuntur vel molestare frequētant. qui sine misericordia rapere et coaceruare non desinunt. Aliquādo pecunie irruunt aliene: aliquando in ipsos pecuniarū dños. Multo magis satagunt aīas ra-

pere: et secū miserabiliter deducere. Et vestimentū ouiū habere dicunt: eo ꝙ nomē habeant xp̄ianitatis vel q2 assimilant se ministris iustitie figurā religiositatis mētientes. Per xp̄ianū itaqꝫ nomen multos seducere nitunt dulcibꝰ sermonibus: multis scandalū inferentes. Isti sūt de quibꝰ ait apostolus. Per suos dulces sermones et blandos seducūt corda innocentiū. Sed ex fructibꝰ eorū cognoscet eos. Eu.A. Attēdite a falsis prophetis q̄ veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibꝰ eorum cognoscetis eos. ℣s. Benedictus. Ad ves.A. Non omnis q̄ dicit michi dñe dñe intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est / ipse intrabit in regnum celorum all'a. ℣s. Magt. ℭ Do.ix. Oro.

Mat. 7.b.

Mat. 7.c.

Largire nobis dñe q̄sumus semper sp̄m cogitandi que recta sunt propicius et agendi: vt qui sine te esse non possumus: secundum te viuere valeamꝰ. p. S. Lucā. xvi.

In illo tp̄e. Dixit iesꝰ discipulis suis parabolā hanc. Hō quidā erat diues q̄ habebat villicum ⁊ hic diffamatꝰ est apud illum quasi dissipasset bona ipsiꝰ. Et rel'. Omel'. venera. bede p̄ri. Lctō vii. Luce 16.a.

Ad q̄ clemētiam nos dñs ⁊ saluator nr̄ hortat sub exēplo villici ⁊ debitoris dñi sui: vt si dimittimus debitoribus nr̄is: dimittātur et nobis debita nostra. Diues aūt iste q̄ habebat villicū dñs ipse est iesus xp̄us: cuius villici id est dispensatores sunt oēs fideles in sctā ecclesia. Exules ei ⁊ peregrini sumus in hoc mundo: et hic non habemus hereditatem. Sed que in presenti videntur habere ad dispensandum nobis commissa sunt non ad possidendum: noster autē municipatus: vt ait paulus in celis est. Lectio. viii.

In villico ergo isto quem dominus suus eijciebat de villicatione et laudauit eum quia futuram sibi vitam prospexerit: non omnia debemus ad imitādum su-

niere. Non enim aut dño nostro facienda est in aliquo fraus: vt de ipa fraude nos elemosynas posse facere speremus: aut eos qui nos recipiant in eterna tabernacula: id est sanctos angelos tanq̄ debitores esse dñi dei nri fas est intelligēdi cū fideles quiq; sicut diximus in sancta ecclesia significentur in villico. Si ergo laudatur a dño / villicus q̄ fraudem faciebat quāto amplius placet domino deo qui secundum eius preceptum bona sua fideliter dispensant. Lectio nona.

Qui ergo iuxta huius serui exemplum sedulo reiiciende villicationis: id est vltimum temporis sui diē et rationis reddēde tēpus pviderit facile terrenorū oim delectatione simul et dilectione nudatus plus sibi de amicis conquirendis / in futuro: q̄ de diuitiis in psenti colligēdis pspicere necessariū ducit: quia ablata villicatione fodere nō valemus / qr finita hac vita in qua laborare p eterna debemus: nequaq̄ postea bone conuersationis fructum licet inqrere Sed illo tunc tēpore mēdicare confusio est: illo scilicet pessimo gn̄e mendicādi quo ille virgines fatue q̄ hic pro opibus suis mercedē humane laudis / percipiebant mendicasse referuntur. An. Dixit dñs villico: quid hoc audio de te: redde rationem villicationis tue alleluia. ps. Benedictus. Ad ves. An. Quid faciā quia dominus meus aufert a me villicationē fodere non valeo: mendicare erubesco / scio qd faciam vt cū amotus fuero a villicatione: recipiāt me in domos suas. ps. Magt. Dñica. x. Oratio.

Pateant aures misericordie tue dñe pcibus supplicantiū: et vt petentibus desiderata pcedas fac eos q̄ tibi placita sūt postulare. Per dominū nostrum. Scdm Lucam.

In illo tpe. Cum appropinquaret iesus hierlm: vidēs ciuitatem fleuit super illam dicens. Quia si cognouisses et tu. Et reliqua. Omelia beati gregorii [redacted]. Lectio. vii

Quod a flente domino illa hierosolymorū sub-

uersio describatur que a
vespasiano et tyto roma
nis principibus facta est
nullus qui historiã euer=
siõis eiusdem legit igno=
rat. Romani enim princi
pes denũciantur cum di=
citur. Quia venient dies
in te ꝛ circundabũt te ini
mici tui vallo/ ꝛ circun=
dabunt te ꝛ coangusta=
buut te vndiqꝫ/et ad ter=
ram prosternent te/ et fi=
lios tuos qui in te sunt.
Hoc quoqꝫ quod addit.
Et non relinquent in te
lapidem super lapidem:
etiam ipsa eiusdem ciui=
tatis transmigratio te=
statur. Quia dum nũc in
eodẽ loco constructa est:
vbi extra portam crucifi=
xus fuerat dominus: ꝓor
illa hierusalem vt dicitur
funditꝰ est euersa. Le.viij.

N Jerusalẽ ex qua cul=
pa euersionis sue pe
na fuerit illata subiungi=
tur. Eo ꝙ non cognoue=
ris tempus visitationis
tue. Creator quippe om=
nium per incarnationis
sue mysterium hanc visi
tare dignatus est. Sed il
la timoris et amoris illi=
us recordata nõ est. Sed
querendum prius est q̃d
sit quod dicitur. Videns
ciuitatem fleuit super il=
lam dicens. Quia si co=
gnouisses ꝛ tu. Fleuit et=
enĩ pius redemptor rui=
nã perfide ciuitatis quã
ipsa sibi non cognoscebat
esse venturam. Cui a flẽ=
te domino recte dicitur.
Quia si cognouisses ꝛ tu
subaudi scilicet fleres: q̃
modo: quia nescis quod
imminet exultas. Unde
et subditur. Et quidem
in hac die tua: que ad pa=
cẽ tibi. Cum enim se car=
nis voluptatibus daret:
et ventura mala nõ pro=
spiceret: in die sua que ad
pacem ei esse poterãt ha=
bebat. Tu autem. Lec. ix.

Cur vero p̃sentia bo=
na ad pacem habue=
rit: manifestatur cũ sub=
ditur. Nunc autem abs=
cõdita sunt ab oculis tu=
is. Si enim a cordis eius
oculis mala que immi=
nebant abscondita non
essent: leta in presentibus
prosperis non fuisset. Cu
ius mox etiam pena que
de romanis (sicut predi=
xi) principibus immine=
bat adiũcta est. Qua de=
scripta quid dominus fe
cerit subdit: quia ingres=

sus templum cepit eij=
cere vendentes et emen=
tes de illo dicens illis.
Scriptum est quia dom⁹
mea domus oratiōis est.
Uos autem fecistis illā
speluncam latronū. Qui
enim narrauit mala ven=
tura/et protinus templū
ingressus est:vt de illo vē
dentes et ementes eijce=
ret:profecto innotuit: qr
ruina populi maxime ex
culpa sacerdotum fuit.
Antiph. Cum appropin
quaret dominus hieru=
salem: videns ciuitatem
fleuit super eam / et dixit
quia si cognouisses et tu
quia venient dies in te:ꝛ
circundabūt te / et coan=
gustabūt te vndiqꝫ: et ad
terram prosternent te/eo
ꝙ non cognoueris tem=
pus visitationis tue alle=
luyaps. Benedictus Ad
vesperas. ān. Scriptum
est enim: quia dom⁹ mea
domus oratiōis est cun=
ctis gētibus :vos autem
fecistis illam speluncam
latronum : et erat quoti=
die docens in templo.
Psalmus. Magnificat.
Dominica.xi. Oratio.
DEus qui omnipotē
tiam tuam parcen=
do maxime et miserando
manifestas : multiplica
super nos gratiam tuā/
vt ad tua promissa currē
tes / celestium bonorum
facias esse cōsortes. Per
dominum nostruz iesum
christū Secundum lucā.
IN illo tempore. Di=
xit iesus ad quosdam
qui in se confidebant tan
ꝙ iusti et aspernabanť ce
teros parabolam istā:di=
cens. Duo hoies ascende
runt in tēplū vt orarent:
vn⁹ pharise⁹/et alter pu=
blican⁹. Et reliqua. Ser=
mo ex cōmentario vene=
rabilis bede pbři. lc.vij.
Quā parabolam domi=
nus qua semꝑ orare ꝛ nō
deficere docebat:ita con=
clusit vt diceret / venien=
te iudice difficile in ter=
ra fidem reperiendam:ne
quis sibi forte de supua=
cua fidei cogitatione vel
etiam confessione blandi
retur mox altera iuncta
parabola:dilgenti⁹ osten
dit a deo fidei non ver=
ba examinanda: sed ope=
ra. Inter que nimirū ope=
ra maxime regnat humi
litas. Publicanus humi
liter orans/ad illa prefa=
te vidue: hoc est ecclesie

membra pertinet. De q̃- bus supra dicitur. Deus autem non faciet vindi- ctam electorum suorum clamantium ad se? Pha- riseus autem merita ia- ctans ad ea de quib⁹ ter- ribilis in cõclusione sen- tentia subditur. Verun- tamen filius homis veni- ens putas inueniet fidez in terra. Tu. Lectio. viii.

P Hariseus stans hec apud se orabat. De- us gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri ho- minum: raptores/ iniusti/ adulteri: velut etiam hic publican⁹. Quatuor sũt species quibus omnis tu- mor arrogantium demõ- stratur. Cum bonum aut a semetipsis se habere exi- stimant: aut si sibi datuz desuper credũt: pro suis se hoc accepisse meritis putant: aut certe cum ia- ctant se habere quod nõ habent: aut despectis ce- teris singulariter videri appetũt habere quod ha- bent. Qua phariseus iste iactantie peste laborasse deprehenditur: qui idcir- co de templo absq̃ iusti- ficatione descendit: quia bonorum operum meri- ta sibi quasi singulari- ter tribuens: oranti pu- blicano se ꝓtulit. Tu au- tem domine. Lectio. ix.

I Eiuno bis in sabba- to: decimas do om- nium que possideo. Eze- chiel propheta de osten- sis sibi celi aialibus scri- bit. et totum corpus ple- num oculis in circuitu ipsorum quattuor. Cor- pora quippe aialium id- circo plena oculis descri- buntur: qr sanctoꝝ actio ab oĩ parte circunspecta est bona desiderabiliter preuidens mala solerter cauens. Sed nos sepe dũ aliis reb⁹ intendim⁹: fit vt alia negligamus: ibi pro- culdubio oculum nõ ha- bemus. Nam ecce phari- seus ad obtinendã absti- nentiam/ ad impenden- dam misericordiam: ad referendas deo gratias oculum habuerat: sed ad humilitatis custodiam/ non habebat. Et quid ꝓ- dest quod contra hostiũ insidias pene tota ciui- tas caute custoditur: si vnum foramen apertum relinquitur vnde ab ho- stibus intretur. Duo homines ascenderunt in Luce 18. b.

templum vt orarent: vnus phariseus et alter publicanus. descendit hic iustificatus in domũ suam ab illo alleluya. ps. Benedictus. Ad vesperas an.
Luce 18.b. Stans a longe publicanus nolebat oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suũ dicens deus propicius esto michi peccatori. ps. Magnificat
¶ Dominica.xij. Oratio.
OMnipotẽs sempiterne deus qui abũdantia pietatis tue: et merita supplicum excedis/ et vota effunde super nos misericordiam tuam/ vt dimittas que conscientia metuit/ et adiicias quod oratio nõ presumit. per.
Secundum marcum.vij
Mar. 7.d. IN illo tẽpore. Exiẽs iesus de finibus tyri venit p sydonem ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbyteri. Lec. vij.
Surdus ille et mutus quẽ mirabiliter curatũ a domino modo cum euangelium legeretur/ audiuimus/ genus humanum designat in his qui ab errore diabolice deceptionis diuina merentur gratia liberari. Obsurduit nãq; homo ab audiendo vite verbo: postq̃ mortifera serpentis verba contra dominũ tumidus audiuit. Mutus a longe cõditoris effectus est ex quo cum seductore colloquiũ habere psumpsit. Et merito clausit aures ab audiẽda inter angelos laude creatoris: quas ad audiendã eiusdẽ creatoris vitupationez sermonibus hostis incautus aperuit. Merito clausit os ad predicãdã cũ angelis laudẽ creatoris quod velut ad meliorãdũ eiusdez opus creatoris: cibi vetiti preuaricatione supbus impleuit. Tu aũt. Lec. viij.
ET heu miser generis hũani defectus. Quod in radice viciosuz germinauit viciosius multo dilatari cepit i propagine ramorum: ita vt veniente in carne domino exceptis paucis de iudea fidelibus totus pene mũdus ab agnitione et confessione veritatis surdus erraret et mutus. Sed vbi abundauit peccatum: superabundauit et gratia.

Uenit nãq3 dñs ad mare galilee: vbi nouerat egrotare quod sanaret Uenit sue gratia pietatis ad tumentia turbida et instabilia gẽtiũ corda in quibus nouerat esse qui ad suã gratiã ꝑtinerent. Et bene inter medios fines decapoleos. ad mare galilee vbi egrotuz sanaret venisse perhibetur: q2 relicto ob perfidiã populo qui decalogi mandata acceperat exteras venit ad gentes: vt sicut iohãnes ait filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Lectio nona.

Et adducunt inquit ei surdũ et mutum: et deprecãtur eum vt imponat ei manũ. Quia ille surdus saluatorem agnoscere/ mutus rogare nequibat adducunt ei amici / et pro eius salute domino supplicant. Sic nimirũ sic spirituali necesse est curatione geratur: vt si quis hũana industria ad auditum confessionẽq3 veritatis conuerti non potest: diuine pietatis offeratur aspectibus atq3 ad sanãdum eum superne manus flagitetur auxiliũ. Nec tardat celestis misericordia medici: si intenta precantium non hesitat/nec deficit oratio. Añ. Exiens iesus de finibus tyri venit per sydonem ad mare galilee: inter medios fines decapoleos alleluya. Ps. Benedictus. Ad vesperas ãn. Bene omnia fecit et surdos fecit audire et mutos loqui. Ps. Magt. Mar. 7. d. Ibid.

¶ Do. decimatertia. oro.

Omnipotens et misericors deus de cuius munere venit: vt tibi a fidelibus tuis digne ⁊ laudabiliter seruiatur / tribue nobis quesumus: vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per dominum nostrum

¶ Secundum Lucam.

In illo' tempore. Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Et reliqua. Sermo ex commentario venerabilis bede presbyteri. Lectio. vij Luce 10. d.

Non oculi scribarũ neq3 phariseorum qui corpus domini tantum videre: sed illi beati oculi qui eius possunt cognoscere sacramẽta: de quibus di-

citur. Et reuelasti ea par
uulis. Beati oculi paruu
lorum quibus et se et pa
trem filius reuelare di-
gnatur. Dico autem vo-
bis quod multi prophete et
reges voluerunt videre
que vos videtis / et non
viderunt: et audire que
vos auditis / et non au-
dierunt. Lectio octaua.

Abraham vero exul
tauit vt videret diē
christi: vidit et gauisus
est. Esayas quoque et mi-
cheas: et multi alij pro-
phete viderunt gloriam
dñi: quam et propterea videntes
sunt appellati. Sed hi om
nes a longe aspicientes
et salutantes / et per spe-
culum in enigmate vide
runt. Apostoli autem in
presentia habentes do-
minum / cōuescentesque ei
et quecunque voluissent inter-
rogando discentes: ne-
quaquam per angelos et va-
rias visionum species o-
pus habebant doceri. Quos
vero lucas multos pro-
phetas et reges dicit ma
theus apertius prophe-
tas et iustos appellat.
Ipsi sunt reges magni qui
tentationum suarū mo-
tibus non consentiendo
succumbere: sed regendo
preesse nouerunt. Tu au
tem dñe. Lectio nona.

Et ecce quidam le-
gisperitus surrexit
tentans eum / et dicens.
Magister / quid faciēdo
vitam eternam posside-
bo? Legisperitus qui de
vita eterna dominū ten-
tans interrogat occasio
nem vt reor tentandi de
ipsis domini sermonib⁹
sumpsit vbi ait. Gaudete
autem quod nomina vestra scri
pta sunt in celis. Sed ipsa
sua tentatione indicat quam
vera sit illa dñi confessio
qua patri loquitur quod ab
scondisti hec a sapienti-
bus et prudētibus: et reue
lasti ea paruulis. ān. Ho
mo quidam descēdebat
ab hierusalem in hierico
et incidit in latrones: qui
etiam dispoliauerunt eū
et plagis impositis abie
runt semiuiuo relicto. ℣.
Benedictus. Ad vespe-
ras ān. Quis tibi vide-
tur proximus fuisse illi
qui incidit in latrones?
et ait. ille qui fecit mise-
ricordiam in illo: vade et
tu fac similiter alleluya.
ps. Magnificat. ¶ Domi
nica decimaquarta Oro.

OMnipotens sempiterne deus: da nobis fidei spei et charitatis augmentum: ꝛ vt mereamur assequi quod ꝓmittis: fac nos amare qd precipis. Per dominum

¶ Secundum Lucam.

Luce 17.c. IN illo tempore. Dum iret iesus in hierusalem transibat per mediam samariam et galileam. Et cum ingrederetur quoddam castellum: occurrerunt ei decem viri leprosi. Et reliqua.

Sermo ex commentario venerabilis bede presbyteri. Lectio septima.

Leprosi non absurde intelligi possunt: qui scientiam vere fidei nõ habentes varias doctrinas ꝓfitentur erroris. Hi aũt tam vitandi sunt ecclesie vt si fieri potest longius remoti magno clamore ĩterpellent. Unde et apte subiungitur. Qui steterunt a longe ꝛ leuauerũt vocẽ dicentes. Jesu preceptor miserere nostri. Et bene vt saluentur iesum preceptorem nominant. Quia enim in eius verbis se errasse significant: hunc saluandi humiliter preceptorem vocant. Tu. Lectio octaua.

CUmq́ʒ ad cognitionem preceptoris redeũt: mox ad formam salutis accurrũt. Nam sequitur. Quos vt vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factũ est dum irent mundati sunt Nullum dominus eorũ quibꝰ hec corporalia beneficia prestitit inuenitur misisse ad sacerdotes: nisi leprosos. Quia videlicet sacerdotium iudeoꝝ figura erat futuri sacerdotiũ regalis quod est in ecclesia quo consecrãtur oẽs pertinentes ad corpus christi summi et veri principis sacerdotum Et quisquis vel heretica prauitate vel superstitione gentili: vel iudaica ꝑfidia / vel etiam scismate fraterno quasi vario colore per christi gratiã caruerit: necesse est vt ad ecclesiam veniat / colorem q́ʒ fidei verum quem accepit ostendat. Lect.ix.

CEtera vero vitia tãq́ʒ valitudines / et quasi morbos anime atq́ʒ sensuum per seipsum interius in conscientia ꝛ

intellectu domin⁹ sanat et corrigit. Unde autem vnus ex illis vt vidit q2 mundatus est: regressus est cum magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens. Ille enim vere deo gratias agit: qui repressis cogitationibus presumptionis sue: qua in semetipso infirmus se humiliter videt: qui nichil sibi virtutis tribuit qui bona que agit esse de misericordia conditoris cognoscit. An

Luce 17.c. Dum ingrederet iesus quoddam castellum occurrerunt ei decem viri leprosi qui steterunt a lõge et leuauerunt vocem dicentes / iesu preceptor miserere nobis. ps. Benedictus. Ad vespas ãn.

Ibid. Nonne decem mundati sunt: et nouem vbi sunt? non est inuentus qui rediret / et daret gloriã deo: nisi hic alienigena. vade quia fides tua te saluum fecit alleluya. ps. Magnificat. ℭ Dñica. xv. oratio

Custodi quesum⁹ domine ecclesiam tuã propiciatione perpetua: et quia sine te labitur humana mortalitas: tuis semper auxilijs et abstrahatur a noxijs. et ad salutaria dirigatur. Per do.

Secundum Mattheum

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Et reliqua. Sermo ex commentario venerabilis bede presbiteri. Lectio septima. M 6.

Nemo potest duob⁹ dominis ſuire: quia nemo valet transitoria simul et eterna diligere. Si enim eternitatem diligimus / cuncta temporalia in vsu non in affectu possidem⁹ Aut enim vnum odiet et alterum diliget: aut vni adherebit / et alterum cõtemnet. Hec verba diligẽter cõsiderãda sunt. Nã qui sint duo domini: consequenter exponit dicẽs. Non potestis deo seruire et mammone. Audiat hoc auarus: audiat qui censetur nomine christiano non posse simul mammone / hoc ẽ diuitijs christoque seruire. Lectio. viij

Et tamen non dixit / qui habet diuitias: sed qui seruit diuitijs. Qui enim diuitiarũ ser-

mus est: diuitias custodit vt seruus. Qui autez seruitutis excussit iugū: distribuit eas vt dominus. Sed qui seruit mā mone: illi vtiqꝫ seruit qui rebus istis terrenis merito sue peruersitatꝭ prepositus princeps huius seculi a domino dicitur. Ergo aut vnum odiet / et alterum diliget. Ut fieri debet odiet scilicet diabolum: diliget deuz: aut vni adherebit / et alterum cō temnet. Adherebit scilicet diabolo: cuz quasi ei⁹ premia temporalia sectactur: cōtemnet autem deum. Non dixit odiet: sed sicut solēt mnas ei⁹ postponere cupiditatibus suis: qui de bonitate eius sibi impunitatem blandiuntur. Quibus per salomonem dicitur. Fili / ne adijcias peccatum super peccatum: et dicas. Miseratio dei magna est. R.ix.

IDeo dico vobis. Nolite solliciti eē anime vestre quid manduceris aut corpori vestro quid induamini. Ergo quod omnibus natura tribuit et iumentis ac bestijs hominibus quoqꝫ commune est huius cura penit⁹ non liberemur: sed precipitur nobis ne solliciti simus quid comedamus. Et quia in sudore vult⁹ preparamus nobis panem: labor exercēdus est sollicitudo tollenda est. Anima plus est ꝙ esca: et corpus plus ꝙ vestimentum. Admonet vt meminerimus multo amplius nobis deū dedisse ꝙ nos fecit: et composuit ex anima et corpore: ꝙ est alimētum atqꝫ tegumentū. Ut intelligas eum qui dedit animam multo facilius escas esse daturuz. Similiter enim qui corpus dedit / multo facilius daturum esse vestimentū. Ān.

Nolite solliciti esse dicentes quid mādvcabimus aut quid bibem⁹: scit enī pater vester celestꝭ quid vobis necesse sit alleluia. Ps. Benedictus. Ad vesperas ān. Querite ergo primū regnum dei / et iustitiam eius: et hec omnia adijcientur vobis alleluia. ps. Magnificat. Mat. 6.d. Ibid.

¶ Dominica.xvi. Oratio

ECclesiam tuaz domine miseratio ꝯtinuata mundet et muniat: et

quia sine te nõ potest sal
ua consistere: tuo semper
mũere gubernetur. Per
dñm. Secundũ Lucam.

Luce 7.c. IN illo tempore. Ibat
iesus in ciuitatẽ que
vocatur naym: ⁊ ibãt cũ
illo discipuli eius / ⁊ tur-
ba copiosa. Cum autem
appropiquaret porte ci-
uitatis / ecce defunctus
efferebatur filius vnicus
matris sue. Et reliqua.
Sermo ex commentario
venera. bede pbr̃i. lc. viij.
Defunct⁹ hic qui extra
portam ciuitatis multis
est intuentibus elatus /
significat hominem leta-
li criminum funere sopo-
ratum: eandemq; insu-
per anime mortem non
cordis adhuc cubili te-
gentẽ / sed ad multorum
notitiam per locutionis
operis ve indicium / qua
si per ostia ciuitatis pro
palantem. Qui bene fili-
us vnicus matris sue fu
isse perhibetur. Quia li-
cet e multis collecta per-
sonis / vna sit perfecta et
immaculata virgo mater
ecclesia: singuli quiq; ta-
mẽ fidelium vniuersalis
se ecclesie filios rectissi-
me fatentur. Nam et ele-
ctus quilibet quando ad
fidem imbuitur fili⁹ est.
Quando ad fidem alios
imbuit / mater est. lc. viij.
Porta ciuitatis qua
defunctus efferebatur:
puto aliquem de sen-
sib⁹ esse corporeis. Qui
enim seminat inter fra-
tres discordias: qui ini-
quitatẽ in excelso loqui-
tur / per oris portam ex-
trahitur mortuus. Qui
viderit mulierem ad con
cupiscendam eã per ocu-
lorum portam sue mor-
tis indicia profert. Qui
fabulis ociosis / obscenis
ve carminibus / vel detra
ctionibus aurem liben-
ter aperit: hãc anime sue
portaz mortis efficit. Ce
terosq; qui nõ seruat sen
sus: mortis sibi ipsi rese-
rat aditus. Lectio. ix.
Et hec vidua erat: ⁊
turba ciuitatis mul
ta cum illa. Uiduam es-
se ecclesiam omnis ania
que sponsi dominiq; sui
se morte redemptam me
minit agnoscit. Diuino
autem nutu multa homi
num turba viduam comi
tabatur: vt viso tanto mi
raculo multi testes mul-
ti fierent domini lauda-

Luc 7.b.

Luc 7.c.

tores. Quam cum vidisset iesus misericordia motus super eam/ dixit illi. Noli flere. Desiste igitur quasi mortuũ flere quez mox viuum resurgere videbis. Ubi mystice nouati dogma cõfunditur. Qui de sua mundicia superbe gloriatus humilẽ penitentium mundationem euacuare conatur/ veramq; matrem ecclesiam de natorum suorum spirituali extinctiõe plorantem spe vite redonande negat consolari debere. Tu autem. ãn. Ibat iesus in ciuitatem que vocatur naym: et ecce defunctus efferebatur fili⁹ vnicus matris sue. ps. Benedictus. Ad vesperas ãn. Accepit autem omnes timor: et magnificabant deum dicẽtes: quia propheta magnus surrexit in nobis: et quia deus visitauit plebem suã. ps. Magnificat. ¶ Dominica decimaseptima. Oro.

Luce 7.b.

Luce 7.c.

Tua nos quesumus gratia semp et preueniat et sequatur: ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos. Per. ¶ Secundum Lucam.

In illo tempore. Cum intrasset iesus in domum cuiusdam pncipis phariseorũ sabbato mãducare panem: et ipsi obseruabant eum. Et ecce quidam homo hydropicus erat ante illũ. Et reliqua. Omelia venerabilis bede presbiteri. Lec. vij. Luce 14.a.

Hydropis morbus ab aquoso humore vocabulum trahit. Grece enim aqua/ hydor vocatur. Est autẽ humor subcutane⁹ de vitio vesice natus/ cũ inflatione turgente et anhelitu fetido. Propriũq; est hydropici q̃to magis abundat humorib⁹ inordinatis/ tanto amplius sitire. Et ideo recte comparatur ei quem fluxus carnalium voluptatũ exuberans aggrauat. Comparatur diuiti auaro/ q̃ quãto copiosior est diuitiis quibus non bene vtitur/ tanto ardentius talia concupiscit. Lec. viij.

Et respondẽs iesus/ dixit ad legisperitos et phariseos. Licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Quod dicitur respondisse iesus: ad hoc respicit quod pmissum est/

et ipsi obseruabant eum
Domin⁹ enim nouit co-
gitationes hominũ. Sed
merito interrogati tacẽt
qui cõtra se dictum quic-
quid dixerint vidẽt. Nã
si licet sabbato curare: q̃-
re saluatorẽ an curet ob-
seruãt? Si non licet: qua-
re ipsi sabbato pecora cu
rant. Tu aũt. Lectio.ix.
Ipse vero apprehen-
sum sanauit eum / ac
dimisit. Prouida dispen
satione dominus ante le
gisperitos et phariseos /
hydropicuz curat: ⁊ mox
contra auariciam dispu-
tat: vt videlicet per hui⁹
egritudinez corporis in
illis exprimeretur egri-
tudo cordis. Deniq; post
multa disputationis ei⁹
hortamenta subiunctuz
est. Audiebant autẽ hec
omnia pharisei qui erãt
auari: et deridebãt illum
Hydropic⁹ quippe quo-
amplius biberit / ampli⁹
sitit. Et omnis auarus si
tim multiplicat. qui cum
ea que appetit adeptus
fuerit / ad appetẽda alia
Luce amplius anhelat. Añ. Di
14.a. xit iesus ad legisperitos /
et phariseos: si licet sab-
bato curare? at illi tacue
runt: ipse vero apprehen
dens hydropicum sana-
uit eum ac dimisit. Ps. Be
nedictus. Ad vesperas a͂
Cum vocatus fueris ad
nuptias / recumbe in no-
uissimo loco: vt dicat tibi
qui te inuitauit: amice /
ascende super i⁹: tunc erit
tibi gloria corã simul dis
cumbẽtibus alleluia. Ps.
Magnificat. ℂ Domini-
ca decimaoctaua. Oro.
Da quesumus domi-
ne populo tuo dia-
bolica vitare contagia: ⁊
te solum deum pura mẽ-
te sectari. Per dominum
Secundum Mattheum.
In illo tempore. Pha
risei audientes q͞ ie-
sus silentium imposuis-
set saduceis / conuenerũt
in vnum. Et interroga-
uit iesum vnus ex eis le-
gisdoctor tentans eum.
Magister: quod est man
datum magnum in lege?
Et reliqua. Omelia bea-
ti iohannis epi. Lec. vij.
Conuenerunt vt multi-
tudine vincerent: quem
ratione superare non po
terant. A veritate se esse
nudos professi sunt: qui
multitudie se amauerũt
Dicebant enim apud se.

Un⁹ loquatur pro omnibus: et omnes loquamur per vnum: vt siquidem vicerit / omnes videamur victores. Si autem vict⁹ fuerit / vel sol⁹ videatur cōfusus. O pharisei qui omnia propter homines cogitatis et facitis. Primum quidem venientes cum vno: vincendi estis per vnum. Lectio. viij.

TAmen pone qz vno victo / homines non intelligunt omnes vos esse victos. Nunquid conscientie vestre nō sentiūt se esse ꝯfusas? Leuis enī est consolatio cū quis in seipso cōfusus est: quod ab alijs ignoratur. Magister / quod est mandatum magnū in lege? Magistrum vocat: cuius nō vult esse discipulus: non scire desiderans / sed tentans. Simplicissimus interrogator et malignissimus isidiator de magno mandato interrogat: qui nec minimum obseruat. Ille enim debet interrogare de maiori iustitia / qui minorem compleuit Tu autem. Lectio. ix.

DOminus autem sic ei respōdit: vt interrogationis eius fictā cōscientiam statim primo responso ꝑcuteret dicēs. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo: et in tota aīa tua: et in tota mente tua. Hoc est magnum et primū mandatū. Maximum aūt et minimū mādatū dicimus ꝙtū ad dignitatem mandatorum / non quantum ad vtilitatē. Alioquin vtilitas omnium mandatorum vna est: et omnia mandata q̄ vnum videntur esse mādatum: ita sibi coherent vt alterum sine altero esse non possit. Tu autem

An. Magister: qđ est mandatum magnum in lege? ait illi iesus. diliges dominum deū tuum / ex toto corde tuo alleluia. ps. Benedictus. Ad vespas Mar. 22. d.

An. Quid vobis videtur de christo: cuius filius ē? dicunt ei omnes: dauid. dicit eis iesus: quomodo dauid in spiritu vocat eū dominum dicēs: dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. ps. Magnificat. Ibid.

¶ Dominica decimanona. Oratio.

DIrigat corda nostra quesumus domine

tue miserationis opera:tio:quia tibi sine te placere non possimus. Per dominum nostrum iesum.
Secundum Mattheum.

Mat. 9.a. IN illo tempore. Ascēdens iesus in nauiculam: transfretauit et venit in ciuitatez suam. Et reliqua. Omelia beati iohannis episcopi. Lec.vij.

Creator rerū orbis dominus posteaq̄ se ꝓpter nos angustiauit in carne cepit habere humanā patriam / cepit ciuitatis iudaice esse ciuis / parentes habere cepit / parentum omnium ipse parēs vt inuitaret amor / attraheret charitas / vinceret affectio / suaderet humanitas / q̄s fugauerat dominatio:metus dispersérat: ꝛ fecerat vis potestatis extorres. Uenit in ciuitatem suam: et obtulerunt ei paraliticum iacētem in lecto. Lectio.viij.

ET videns inquit iesus fidem illorum / dixit paralitico. Confide fili. Dimittūtur tibi peccata tua. Audit veniam et tacet paraliticus / nec vllam rependit gratiam: quia plus corporis q̄ animę tendebat ad curam et temporales erumnas resoluti corporis sic deflebat: vt eternas penas resolutionis anime non defleret / gratiorem sibi presentē vitam iudicans q̄ futuram. Merito christus fidem offerentiū respicit: ꝛ vecordiam despicit sic iacētis vt fidei aliene suffragio paralitici anima ante curaretur / q̄ corpus. Tu autem. Lc.ix.

REspiciens inquit fidem illorum. Cernitis in hoc loco fratres / deum non querere: insipientium voluntates nō expectare ignorātium fidem / non infirmi stulta desideria perscrutari:sed ad alterius fidem subuenire. Reuera fratres quādo medicus languētium querit/aut respicit voluntates:cum semper cōtraria desideret et requirat infirmus:hinc est φ nūc ferrum/nunc ignem/nūc amara pocula ingerit/et opponit inuitis: vt curā sani sentiant / quam sentire non poterant egrotātes. Tu autē domine miserere nr̄i. Ān. Dixit dñs paralitico:confide fili re:

mittunt tibi peccata tua alleluia. ps. Benedictus. Ad vesperas. añ. Uidentes autem turbe timuerũt et glorificauerũt deũ q̃ dedit ptãtẽ talẽ hoib⁹. ps. Mgt. Do.xx.p⁹ triñ. or.

Omnipotens et misericors deus vniuersa nobis aduersantia propiciatus exclude: vt mente et corpore pariter expediti: que tua sunt liberis mentib⁹ exequamur. Per dominum nostrũ iesum.

Secundum Mattheum.

Mat. 22. a. In illo tempore. Dicebat iesus turbis parabolam hanc. Simile factum est regnum celorũ homini regi: qui fecit nuptias filio suo. Et reliq̃.

Omelia beati gregorij pape. Lectio septima.

Plerunq̃ in sancto euãgelio per regnum celorũ presens ecclesia designatur. Congregatio iustorum regnum celorum dicitur. Quia enim per prophetam dominus dicit. Celum mihi sedes est. Et salomon ait. Anima iusti: sedes sapientie. Paulus etiam dicit christum dei virtutẽ et dei sapiẽtiã. Liq̃do colligere debem⁹ quia si deus sapiẽtia anima autem iusti: sedes est sapientie. Dum celum dicitur sedes dei: celum ergo est anima iusti. Hinc per psalmistã de scris predicatorib⁹ dicit. Celi enarrãt gloriã dei. Tu. ℟. viij.

Regnum ergo celorũ ecclesia iustorum est quia dum eorum corda in terra nil ambiunt per hoc q̃ ad superna suspirant iam in eis domin⁹ quasi in celestib⁹ regnat. Dicatur ergo: simile est regnum celorum homini regi: qui fecit nuptias filio suo. Jam intelligit charitas vestra: quis est rex: regis filij pater? Ille nimirum / cui psalmista ait. Deus iudicium tuũ regi da: et iustitiam tuam filio regis. Tu autem domine mise. Lectio nona.

Qui fecit nuptias filio suo. Tunc enim deus pater deo filio nuptias fecit: quando hunc in vtero virginis humane nature cõiunxit. Quã do deum ante secula fieri voluit hominem in fine seculorum. Sed quia ex duabus personis solet fieri ista coniunctio:

abſit hoc ab ītellectibus noſtris vt perſonam dei et hominis ſaluatoris noſtri ieſu chriſti ex duabꝰ perſonis credamus eſſe vnitam. Ex duabus quippe atq; in duabus hunc naturis exiſtere dicimꝰ. Sed ex duabus perſonis compoſitam credi vt ne-
Mat. phas vitemus. Añ. Dici-
22.g. te inuitatis ecce prandiū
meum paraui: venite ad nuptias: alleluya. Ps. Benedictus. Ad veſperas. A.
Ibid. Nuptie quidem parate
ſunt: ſed qui inuitati erāt non fuerunt digni: ite ergo ad exitus viarum et quoſcunq; inueneritis vocate ad nuptias alleluya Pſalmus. Magnificat.

¶ Dominica. xxi. Oratio

Largire queſumꝰ domine fidelibus tuis indulgētiam placatus et pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offenſis: et ſecura tibi mēte deſeruiant. Per. S. iohānē
Joh. In illo tempore. Erat
4.g. quidam regulus cu-
ius filius infirmabat capharnaum. Hic cum audiſſet quia ieſus adueniret a iudea in galileam/ abijt ad eum et rogabat eum vt deſcenderet et ſanaret filium eius. Incipiebat eum mori. Et reliqua. Omelia beati gregorii [redacted]. Lectio ſeptima.

Lectio ſancti euangelii quam modo fratres audiſtis expoſitione non indiget. Sed ne hanc tacite preteriſſe videamur exhortando potius q̄ exponēdo in ea aliquid loquamur. Hoc autem nobis ſolummodo de expoſitione video eſſe requirendum. Cur is qui ad ſalutem petendam venerat audiuit: niſi ſigna et prodigia videritis non creditis. Tu. Lectio. viij.

Qui enim ſalutem q̄rebat filio: procul dubio credebat. Neq; enī ab illo quereret ſalutem quem non crederet ſaluatorem. Quare ergo dicitur. Niſi ſigna et prodigia videritis: non creditis, cum ante crederet q̄ ſignum videret? Sed mementote quid petijt: et aperte cognoſcetis quia in fide dubitauit. Popoſcit namq; vt deſcenderet et ſanaret filium eius.

Tu aūt. Lectio. ix.

Corporalem ergo p-

sentiã dñi querebat / qui per spūm nusq̄ deerat. Mi nus itaq̄ in eū credidit / quē non putauit posse salutē dare: nisi p̄sens esset et corpore. Si eni ꝑfecte credidisset: proculdubio sciret q2 non esset loc9 vbi nō esset deus. Ex magna ergo parte diffisus est: q2 virtutē nō dedit maiestati: sed p̄sentie corporali. Tu autē. añ. Erat quidā regul9 cuius fili9 infirmabatur capharnaū: hic cū audisset q2 iesus adueniret in galileā / rogabat eū vt sanaret filiū eius. ps. Bñdictus. Ad ves. ã. Cognouit aūt pater / q2 illa hora erat in qua dixit iesus filius tuus viuit: et credidit ipse / et domus ei9 tota. ps. Magnificat.

Dominica.xxij. Or̄o.

Familiā tuā q̄s dñe cōtinua pietate custodi: vt a cūctis aduersitatibus te ꝓtegente sit libera: et in bonis actibus tuo noi sit deuota. Per dñm. Scdm Mattheum.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Simile ē regnum celoꝝ homini regi: qui voluit rationē ponere cū seruis suis. Et reliqua. Omelia bti augustini episcopi. Lectio. vij.

Ecce fratres res in aperto ē: admonitio vtilis valde et salubris. Obedientia debetur / vt quod iussum est impleat: quia omnis homo debitor est dei et debitorē habet fratrez suū. Quis est enim q̄ nō sit debitor: nisi i quo nullum peccatū potest inueniri? Quis est autem qui non habeat debitorē fratrem: nisi ille in quem nemo peccauit? Putasne q̄s q̄ in genere humano reperiri potest / qui non et ipse aliquo peccato obstrictus sit fratri suo. .x. viij.

Debitor est ergo omnis homo: habēs tamē et ipse debitorē. Ideo deus iustus constituit tibi regulā in debitore tuo quod faciet ꝛ ipse cū suo Duo sunt opa misericordie que nos liberant: que breuiter ipse dñs posuit in euangelio. Dimittite / et dimittet vobis: date / ꝛ dabitur vobis. Dimittite ꝛ dimittetur vobis: ad ignoscendū pertinet. Date et dabit vobis: ad prestandum beneficiū perti

per. Tu autē. Lectio.ix.

QUod ait de ignoscē doꝛ tu vis tibi ignosci quod peccas/ ⁊ habes alium cui tu possis ignoscere. Rursus quod pertinet ad tribuendū beneficium petit te mendicus et tu es dei mendic⁹. Omnes enī quando oꝛamus mendici dei sumus. Ante ianuā patrisfamilias stam⁹: immo etiam pꝛosternimur/ supplices ingemiscimus: aliquid volentes accipere. Et ipsuȝ aliqd ipe deus est. Quid a te accipit mendic⁹? Panem. Et tu quid petis ab eo nisi christū qui dicit. Ego sum panis viuus: q de celo descendi. Tu aūt

Mar. 18.c. ān. Dixit autem dñs serno: redde quod debes. Pꝛocidens autem seruus ille rogabat eum dicens. pacientiā habe in me: ⁊ omnia reddā tibi. ps. Benedictus. Ad vesperas ān.

Mar. 18.c. Serue neq̄ omne debitū dimisi tibi quoniā rogasti me. nonne ergo opoꝛtuit te misereri conserui tui/ sicut ⁊ ego tui misertus sum alleluia. ps. Magnificat. Dominica vicesimatertia. Oratio.

DEus refugium nr̄m et virtus: adesto piis ecclesie tue pꝛecibus/ auctoꝛ ipe pietatis ⁊ pꝛesta: vt quod fideliter petimus/ efficaciter conseq̄mur. p d. Scdm mattheū

IN illo tēpoꝛe. Abeuntes pharisei conciliū inierūt/ vt caperēt iesum in sermone. Et reliqua.

Omelia beati Hierony mi pꝛesbiteri. Lectio. vij.

Querētes dominū compꝛehendere pꝛincipes sacerdotum ⁊ scribe: timuerūt populum. Atq̄ ideo quid per se non poterant pꝛesidiis manibus efficere tentabāt: vt ipsi a moꝛte eius viderētur immunes: ⁊ mittunt ei discipulos suos cū herodianis. Tu autem. Lectio. viij.

MIserunt ergo discipulos suos q̄si adhuc min⁹ cognitos ⁊ minus suspectos: vt abscondite facileq̄ deciperēt eū aut depꝛehensi min⁹ erubescerent apud eum. In concilio malo depꝛehenso: tanto minus nascitur confusio/ q̄nto fuerit persona deterioꝛ. Sed discipuli magistrꝫ suis minoꝛes etate erāt: malitia as

tem pares. Tu. Lect. ix.
Magister scimus qa verax es/ et viã dei in veritate doces: ꝛ nõ est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis. Quid tibi videtur: licet cẽsum dari cesari/ an non? Magistrũ eum vocant et veracem: vt quasi honoratus et laudatus/ mysteriuꝫ sui cordis eis simpliciter aperiret: tamẽ eos volens habere discipulos. Tu aũt. ãn. Magister scimus quia verax es: ꝛ viam dei in veritate doces alleluia. ps. Benedictus. Ad vesperas ãn. Reddite ergo que sũt cesaris cesari: et q̃ sunt dei deo alleluia. ps. Magnificat. ¶ Dñica. xxiiij. Oro.

Mat. 22.b.

Mat. 22.c.

Absolue q̃sumus domine tuorum delicta populoꝝ: ꝛ a peccatorum nexibus que pro nostra fragilitate contraximus: tua benignitate liberemur. Per dominum

Secundum Mattheum.

Mat. 9.c.

In illo tẽpore. Loquẽte iesu ad turbas: ecce princeps vnus accessit et adorauit eum dicens. Domine filia mea modo defuncta est: sed veni impone manũ tuam super eam/ ꝛ viuet. Et reliqua.
Omelia venerabilis bede presbiteri. Lectio. vij.
Princeps sinagoge nullus melius q̃ ipse moises intelligitur. Unde bene iayrus/ id est illuminãs siue illuminatus dicitur quia qui accipit verba vite dare aliis. ꝛ per hec ceteros illuminat: et ipse a spiritu sãcto quo vitalia monita scribere vel docere possit illumiatur. Tu autem dñe. Lectio. viij.
Qui iuxta euangelium luce videns iesum / procidit ad pedes eius: quia in spiritu venturum in carne dñm viderat: humili corde se eius potentie subdidit/ ꝛ quẽ ita circa finem seculi hominem incarnãdum esse cognouit: vt eternum ante omne seculũ deum existere non dubitaret. Si caput christi deus pedes eius: quid aptius q̃ assũpta humanitas qua terram nostre mortalitatis terigit/ accipiendi sunt. Et ꝓcidere archisinagogum ad pedes iesu est legislatorem cum tota pro

genie mediatorem dei et hominũ longe sibi dignitatis gloria preferendũ esse cognoscere: et confiteri cum apostolo: quia qđ infirmum est dei / fortiꝰ est hominibus. Tu. l.ix.

Filia ergo archisinagogi ipsa est sinagoga / que sola legali institutione composita: quasi vnica moisi nata erat / et hec velut duodecimo etatis anno / hoc est tẽpore pubertatꝭ appropinquãte moriebatur: quia nobiliter a prophetis educta postq̃ ad itelligibiles annos puenerat / postq̃ spiritualẽ deo sobolem generare deberet: subito languore erroris consternata: spiritualis vite vias ĩgredi desperabiliter omisit. Et si non a christo ei succurreretur: in horrendam mortem per omnia corruisset. Tu autẽ. an.

Mat. 9.c. Loquente iesu ad turbas ecce princeps vnus accessit et adorauit eum dicẽs dñe filia mea modo defũcta est: sed veni impone manum tuam super eam et viuet alleluia. ps. Benedictus. Ad ves. ãn.

Ibiđ. Cõfide filia: fides tua te saluam fecit: et salua facta ẽ mulier ex illa hora allã. ps Magnificat. ¶ Dominica vicesimaquinta. Oro.

Excita q̃sumus domine tuorum fidelium volũtates: vt diuini operis fructum propensius exequentes / pietatis tue remedia maiora percipiant. Per. ¶ Nota φ proxima dñica ante aduentum quantũcunq̃ tẽpus breue fuerit: semper dicitur oratio Excita quesumus. cũ expositione euãgelii Cum subleuasset. Si de dominica fiat seruitiũ. Si vo de aliquo festo. ix. lect. fiat seruitium / tunc ad memoriã de dñica dicantur he ãe Cum subleuasset. et Ãn. Illi homies cum hac oratione Excita quesumus dñe tuor. vid. Secundum Johannem.

Jo. 6.a. In illo tempore. Cum subleuasset oculos iesus: et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum / dixit ad philippũ. Unde emenꝰ panes / vt manducent hi? Et reliq̃.

Sermo ex commentario beati hieronymi. lc. vii.

Dominus in mõte: verbum in alto. Proinde nõ

quasi humiliter iacet qđ in monte factum est/non trāseunter pretereundū est:sed suscipiendū. Tur bas vidit/esuriētes agno uit/misericorditer pauit non solum pro veritate/ verumetiam pro potesta te. Quid enim sola pro= desset bonitas / vbi non erat panis vñ turba esu= riens pasceretur. Tu au= tem domine. Lectio. viii.

NIsi bonitati adesset potestas ieiuna illa turba ꝛ esuriens remane ret. Deniqꝫ et discipuli q̄ erant cum domino in fa= me:ꝛ ipsi turbas volebāt pascere / vt non remane= rēt inanes. Sed vnde pa scerent:non habebāt. In= terrogauit dominus vn= de emerentur panes ad turbas pascendas: et ait scriptura. Hoc autem di cebat tentans eum disci= pulum scilicet philippū / quē interrogauerat. Tu autem dñe. Lectio.ix.

IPse enim sciebat q̄d esset facturus. Cur er go de bono tentabat/nisi quia ignorantiā discipu li demonstrabat? Et for= te in demōstratione igno rātie discipuli aliquid si= gnificauit. Apparebit er go cum ipsum sacramen tum de quinqꝫ panib⁹ ce= perit nobis loqui:et quid significet idicare. Tu au tem. An. Cum subleuas= set oculos iesus/ꝛ vidis= set maximam multitudi= nem venientē ad se/dixit ad philippum: vnde eme mus panes/ vt mādu cēt hi:hoc autem dicebat tē= tans eum.ipse enim scie= bat quid esset facturus. Ps. Benedictus. Ad ve= speras An. Illi homines cum signum vidissent qđ factum fuerat: glorifica= bant deum ꝛ dicebant:q2 hic est saluator mūdi. Ps Magnificat.

Joā. 6.a.

Joā. 6.b.

¶ Pars Estiualis de tē pore breuiarii ad vsum insignis ecclesie Sarum finit feliciter.

¶ Oratio preambula ad canonicum seruitium septem horarum.



Alter alteri⁹ onera portate: et sic adimplebitis legē xpi. Rx. Redime me dñe. Et miſe mei. V. Pes eī me⁹ stetit i via recta in ecclesiis bndica te dñe. Et. Gl'ia. Redime. V. Ab occultis. [illegible] in aduē. Ā. Veni dñe et noli tardare: relaxa facinora plebi tue israel. C. p.

Eph. 4. b.

Ps. 118

Ps. 1[illegible]

Ps. 11[illegible]

Gal. 6. a.

Ps. 2[illegible]

mich. 4.a. Venite ascēdam⁹ ad
mōtem dñi/ et ad do
mum dei iacob: et docebit
nos vias suas: et ābula=
bim⁹ isemit⁊ ei⁹: qr de siō
exibit lex et verbū dñi de
Esaie hierl'z. ℟. Sup te hierl'z
60. a Orief dñs. ℣. Et gl'ia ei⁹ i
te videbit. Orietur. Gl'ia
p. 79 Sup. ℣. Dñe de⁹ vtutū
ꝯuerte nos. ℟. Et ośde
faciē tuā et salui erimus.
¶ Fe. ij. ad mat'. inuit'. Ue
nite exultem⁹ dño. ℣. Ju=
bilem⁹ deo sa. A. Dñe ne i
ira. vsq; ad. xl. qñ d. ij. fe.
agit' dr ad mat'. seq. hy⁹.

Somno refect⁊ artu
b⁹/spreto cubili sur
gim⁹: nobis pater canēti
bus/adesse te deposcim⁹
Te lingua pmū ꝯcinat
te mentis ardor ambiat:
vt actuum sequētium tu
sancte sis exordium.
Cedāt tenebre lumini/
et nox diurno syderi: vt
culpa quā nox intulit/lu
cis labescat munere.
Precamur idem suppli
ces/noxas vt oēs āputes
et ore te canētiū/ lauder⁊
i ppetuū. Gl'a tibi. Post
[illegible] Der esta
[illegible] Nocte surg.
[illegible] psalterij
[illegible] Beat⁹ vir. ps.



Dominus illu
miatiō mea:
et sal⁹ mea
quē timebo
Dñs pro=
tector vite
mee: a quo trepidabo.
Dū appropiant sup me
nocētes: vt edāt carnes
meas.
Qui tribulāt me iimici
mei: ipsi infirmati sunt et
ceciderunt.
Si ꝯsistant aduersū me
castra: ñ timebit cor meū
Si exurgat aduersū me
pliū: in hoc ego sperabo.
Unā petij a dño hāc req
ram: vt ihabitē in domo
domini/ oibus diebus vi
te mee.
Ut videā volūtatē dñi:
et visitem templum eius
Qm abscōdit me i taber
naculo suo in die malor:
protexit me in abscōdito
tabernaculi sui.
In petra exaltauit me:
et nunc exaltauit caput
meū sup iimicos meos.
Circuiui et imolaui i ta
bernaculo ei⁹ hostiā vo=
ciferatiōis: cātabo et psal
mum dicam domino.
Exaudi domine vocem
meā q̄ clamaui ad te: mi=
serere mei et exaudi me.

Tibi dixit cor meũ exq̄si uit te facies mea: faciẽ tu am domine requiram.
Ne auertas faciẽ tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor me⁹ esto ne derelinq̄s me: neq; despicias me de⁹ salutar; me⁹.
Q̄m pater me⁹ ⁊ mater mea dereliquerũt me: dñs autem assumpsit me.
Legẽ pone mihi dñe in via tua: ⁊ dirige m̄ i semi ta recta ꝓpt̄ iimicos m̄os
Ne tradider; me in ani mas tribulãtiũ me / quo niam insurrexerũt i me testes iiqui: ⁊ mẽtita est iniquitas sibi.
Credo videre bona do mini: in terra viuentiũ.
Expecta dñz virilit̄ age ⁊ confortet̄ cor tuum: et sustine dominum. Ps.
27. Ad te dñe clamabo de⁹ me⁹ ne sileas a me / nequando taceas a me: ⁊ assimilabor descen dentibus lacum.
Exaudi dñe vocẽ dep̄ca tionis mee dũ oro ad te: dum extollo man⁹ meas ad templũ sanctũ tuum
Ne simul tradas me cũ peccatorib⁹: ⁊ cũ operan tib⁹ iiq̄tatẽ: ne p̄das me.
Qui loquuntur pacẽ cũ proximo suo: mala autẽ in cordibus eorum.
Da illis ꝯm opera eorũ ⁊ secundũ nequitiam ad inuentionum ipsorum.
Secũdũ opera manuũ eorũ tribue illis: redde re tributionem eorum ipis
Quoniam nõ intellexerunt opa dñi: ⁊ in opera manuũ ei⁹ destrues illos ⁊ nõ edificabis eos.
Bñdict⁹ dñs q̄m exaudi uit vocẽ dep̄catiõis mee:
Dñs adiutor me⁹ ⁊ ꝓte ctor me⁹: ⁊ in ipso sp̄auit cor meum ⁊ adiut⁹ sum
Et refloruit caro mea ⁊ ex volũtate mea ꝯfitebor ei.
Dñs fortitudo ple bis sue: ⁊ ꝓtector saluationum christi sui est.
Saluũ fac ppl'z tuũ dñe ⁊ bñdic hereditati tue: ⁊ rege eos ⁊ extolle illos vs q; in et̄nũ. Gl'ia. ã. Dñs defensor vite mee. Ps.
Afferte dño filij dei: afferte domino filios arietum. 28.
Afferte domino gloriã ⁊ honorẽ afferte dño glo riã noĩ ei⁹: adorate dñm in atrio sancto eius.
Vox dñi super aq̄s de⁹ maiestatis itonuit: domi

nus sup aquas multas.
Uox dñi in virtute: vox
domini in magnificētia.
Uox dñi cōfringētis ce-
dros: ⁊ ꝯfringet domin⁹
cedros libani.
Et ꝯminuet eos tāq̄ vt
tulū libani: ⁊ dilect⁹ quē-
admodū fili⁹ vnicornīū.
Uox dñi intercidētꝭ flā
mā ignis vox dñi ꝯcutiē-
tis desertū: ⁊ ꝯmouebit
domin⁹ desertum cades.
Uox dñi pparātꝭ ceruos
⁊ reuelabit ꝯdēsa: ⁊ in tē
plo ei⁹ oēs dicēt glīam.
Domin⁹ diluuiū inhabi
tare facit: ⁊ sedebit domi
nus rex ineternum.
Dñs vtutē populo suo
dabit: domin⁹ benedicet
populo suo in pace. Ps.
29. Exaltabo te dñe quo
niam suscepisti me:
nec delectasti inimicos
meos super me.
Domine de⁹ me⁹ clama-
ui ad te: ⁊ sanasti me.
Dñe eduxisti ab iferno
aīam meā: saluasti me a
descendentibus in lacū.
Psallite dño oēs sancti
eius: ⁊ ꝯfitemini memo-
rie sanctitatis eius.
Qm̄ ira i idignatiōe ei⁹
⁊ vita in voluntate eius.
Ad vesper dmorabit fle
t⁹: ⁊ ad matutinū letitia.
Ego aūt dixi i abūdātia
mea: nō mouebor i etnū.
Dñe i volūtate tua: pstī
tisti decori meo virtutē.
Auertisti faciē tuā a me
⁊ factus sum cōturbat⁹.
Ad te dñe clamabo: et
ad deū meū deprecabor.
Que vtilitas in sangui-
ne meo: dum descendo in
corruptionem.
Nunqd cōfitebitur tibi
puluis: aut annunciabit
veritatem tuam.
Audiuit domin⁹ et mi-
sertus est mei: domin⁹ fa
ctus est adiutor meus.
Cōuertisti planctū meū
in gaudiū mihi: cōcidisti
saccum meum ⁊ circūde
disti me letitia.
Ut cātet tibi glia mea ⁊
nō cōpūgar: dñe de⁹ me⁹
i etnū ꝯfitebor tibi. Gla
añ. Adorate dominū in
aula sancta ei⁹. Psalm⁹.
In te dñe spaui nō cō 30
fundar in etnū: in iu
stitia tua libera me.
Inclina ad me aurē tu-
am: accelera vt eruas me
Esto michi in deū ptec-
torē et in domū refugij:
vt saluum me facias.
Quoniā fortitudo mea
⁊ refugiū meum es tu: et

propter nomē tuū: dedu
ces me et enutries me.
Educes me de laqueo
quē abscōdert mihi: qm̄
tu es protector meus.
In manus tuas cōmen
do spm̄ meum: redemisti
me dn̄e deus veritatis.
Odisti obseruantes va=
nitates: superuacue.
Ego autem in dn̄o spe=
raui: exultabo ⁊ letabor
in misericordia tua.
Qm̄ respexisti humilita
tē meā: saluasti de neces=
sitatibus animā meam.
Nec ꝯclusisti me in ma=
nib⁹ inimici: statuisti in lo
co spacioso pedes meos.
Miserē mi dn̄e qm̄ tribu
lor: ꝯturbat⁹ ē i ira ocul⁹
me⁹ aīa mea ⁊ vēter me⁹
Qm̄ defecit i dolore vita
mea: ⁊ ānī mei i gemitib⁹
Infirmata est in paup=
tate virt⁹ mea: ⁊ ossa mea
conturbata sunt.
Super oēs inimicos me
os fact⁹ sum opprobriū
vicinis meis valde: ⁊ ti=
mor notis meis.
Qui videbāt me foras
fugert a me: obliuiōi dat⁹
sum tanꝗ̄ mortu⁹ a corde
Fact⁹ sum tanꝗ̄ vas p
ditū: qm̄ audiui vitupa=
tionē multorum commo
rantium in circuitu.
In eo dū ꝯuenirēt simul
aduersum me: accipe ani
mā meam cōsiliati sunt.
Ego autē in te speraui
dn̄e/ dixi de⁹ me⁹ es tu: in
manib⁹ tuis sortes mee.
Eripe me de manu ini=
micorum meorum: ⁊ a p
sequentibus me.
Illustra faciē tuā super
seruū tuū / saluū me fac
in mīa tua dn̄e: nō ꝯfun=
dar qm̄ inuocaui te.
Erubescāt impij ⁊ dedu
cantur in infernum: mu=
ta fiant labia dolosa.
Que loquunt aduersus
iustum iniquitatē: in sup
bia ⁊ in abusione.
Quā magna multitudo
dulcedinis tue dn̄e: quā
abscōdisti timentib⁹ te.
Perfecisti eis q̄ sperāt i
te: in ꝯspectu filiorum hoiz.
Abscōdes eos in abscō=
dito faciei tue: a contur=
batione hominum.
Proteges eos in taber=
naculo tuo: a ꝯtradictio
ne linguarum.
Benedict⁹ dn̄s quoniā
mirificauit mīam suā mi
chi in ciuitate munita.
Ego aūt dixi in excessu
mentis mee: proiect⁹ sum a
facie oculorum tuorum.

I deo exaudisti vocē orōnis mee dū clamarē ad te
Diligite dn̄m oēs sancti ei⁹ qm̄ vitatē reqret dn̄s: ꝛ retribuet abundanter facientibus superbiam.
Viriliť agite ꝛ cōfortet cor vestrū: oēs q̄ sperat in domino. Glia pri. ꝑs.
31. Beati quoꝝ remisse sunt iniquitates: et quoꝝ tecta sunt peccata
Btūs vir cui non imputauit dn̄s peccatum: nec est in spiritu eius dolus.
Qm̄ tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.
Qm̄ die ac nocte grauata est sup me man⁹ tua: ɔuersus sum in erumna mea dū cōfigitur spina.
Delictū meū cognitum tibi feci: ꝛ iniustitiam meam non abscondi.
Dixi ɔfitebor aduersuz me iniustitiā meā domino: ꝛ tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te oīs sctūs: i tēpore oportuno
Verūtamē in diluuio aquarū multarum: ad eū non approximabunt.
Tu es refugiū meum a tribulatiōe q̄ circūdedit me: exultatio mea erue me a circūdantibus me.
Intellectū tibi dabo ꝛ istruā te in via hac q̄ gradieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equ⁹ ꝛ mul⁹ q̄b⁹ nō ē itellectus.
In chamo ꝛ freno maxillas eoꝝ ɔstringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella pctōꝝ sperantem aūt in dn̄o misericordia circundabit.
Letamī i dn̄o ꝛ exultate iusti: ꝛ gl'iamī oēs recti corde. Glia. ā. In tua iustitia libera me dn̄e. ꝑs.
Exultate iusti i dn̄o: rectos decet collau(datio.
Cōfitemī dn̄o i cithara: i psalterio decē chordarum psallite illi.
Cātate ei cāticū nouū bn̄ psallite ei in vocifera(tiōe.
Qr rectū ē vbū dn̄i: ꝛ oīa opa ei⁹ in fide.
Diligit mīam ꝛ iudiciū mīa dn̄i plena est terra.
Verbo dn̄i celi firmati st ꝛ spū oris ei⁹ oīs vt⁹ eoꝝ
Cōgregās sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.
Timeat dn̄m oīs terra: ab eo aūt cōmoueantur oēs inhabitantes orbē.
Qm̄ ipē dixit ꝛ facta sūt

ipse mādauit & creata sūt
D ñs dissipat ꝯsilia gen
tiū reprobat aūt cogita=
tiones populoꝝ: & repro
bat consilia principum.
C ōsiliū aūt dñi in eťnū
manet: cogitatōes cordꝭ
ei⁹ i gñatiōe & gñationē.
B eata gens cui⁹ est dñs
de⁹ eius: popul⁹ quē ele=
git in hereditatem sibi.
D e celo respexit dñs: vi=
dit omnes filios hoīm.
D e preparato habitacu
lo suo: respexit super oēs
qui habitant terram.
Q ui finxit sigillatim cor
da eorum: qui intelligit
omnia opera eorum.
N ō saluatur rex ꝑ mul
tā virtutē: & gigas nō sal
uabitur in multitudine
virtutis sue.
F allax equ⁹ ad salutē
in abūdantia autem vir=
tutis sue non saluabitur
E cce oculi dñi sup̄ me=
tuentes eū: & in eis q̄ spe
rant super mīa eius.
U t eruat a morte aīas
eoꝝ: & alat eos in fame.
A ia nr̄a sustiet dñz: qm̄
adiutor & ꝓtector nr̄ est
Q ꝛ i eo letabiť cor nr̄m:
& i noīe sctō ei⁹ spauim⁹
F iat mīa tua dñe super
nos: quēadmodū spera=
uimus in te. Psalmus.
B Enedicā dñm in oī 33.
tēpore: semper laus
eius in ore meo.
I n dño laudabiť aīa mā
audiāt māsueti & leteñť.
M agnificate dñz mecū &
exaltem⁹ nomē ei⁹ i idip̄z
E xq̄siui dñm & exaudi=
uit me: & ex oīb⁹ tribulati
onibus meis eripuit me.
A ccedite ad eū & illumi
namini: et facies vestre
non confundentur.
I ste paup̄ clamauit et
dñs exaudiuit eū: & ex oī
b⁹ tribulatiōib⁹ ei⁹ saluā
I mmittit āgel⁹ ꝯ uit eū
dñi in circuitu timentiū
eum: & eripiet eos.
G ustate & videte qm̄ su
auis est dñs: beatus vir
qui sperat in eo.
T imete dñz oēs scti ei⁹:
qm̄ ñ ē iopia timētib⁹ eū
D iuites eguerť & esurie
rūt: inqrētes aūt dñz nō
minuentur omni bono.
U enite filij audite me: ti
morem dñi docebo vos.
Q uis ē hō q̄ vult vitā: di
ligit dies videre bonos.
P rohibe linguam tuā a
malo: & labia tua ne lo=
quantur dolum.
D iuerte a malo & fac bo
nū: iq̄re pacē & pseq̄re eā.

Oculi dñi sup iustos: et aures ei⁹ ad preces eoꝝ.
Uultus aũt domini super facientes mala: vt pdat de terra memoriã eoꝝ.
Clamauerũt iusti ꝛ dominus exaudiuit eos: et ex oĩbus tribulationib⁹ eorum liberauit eos.
Iuxta est dñs his q̃ tribulato sunt corde: ꝛ humiles spiritu saluabit.
Multe tribulationes iustorũ: ꝛ de oĩbus his liberauit eos dominus.
Custodit dñs oĩa ossa eoꝝ vnũ ex his nõ ꝯteret
Mors pctõꝝ pessima: ꝛ q̃ oderũt iustũ delinquẽt.
Redimet dñs aĩas suorũ suoꝝ: ꝛ non delinquẽt omnes qui sperant in eo.
Gloria patri. ā. Rectos decet collaudatio. ps.
34. Iudica domine nocẽtes me: expugna impugnantes me.
Apprehẽde arma et scutum: et exurge in adiutorium michi.
Effunde frameã et conclude aduersus eos q̃ psequuntur me: dic anime mee salus tua ego sum.
Confundant ꝛ reuereãtur: q̃rentes animã meã
Auertãt retrorsũ ꝛ ꝯfũdãt: cogitãtes mihi mala
Fiãt tãq̃ puluis añ faciem venti: ꝛ angelus domini coartans eos.
Fiat via illorum tenebre ꝛ lubricũ: ꝛ angelus domini persequens eos.
Quoniã gratis abscõderũt mihi interitũ laquei sui: supuacue exprobrauerunt animam meam.
Ueniat illi laque⁹ quem ignorat: ꝛ captio quam abscõdit apphẽdat eũ / ꝛ in laqueũ cadat in ipm.
Anima aũt mea exultabit in domino: ꝛ delectabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicẽt: domine quis similis tibi
Eripiẽs iopẽ de manu fortioꝝ ei⁹: egenũ ꝛ pauperem a diripientib⁹ eũ.
Surgẽtes testes iniq̃: q̃ ignorabã itrogabãt me.
Retribuebãt michi mala pro bonis: sterilitatẽ anime mee.
Ego aũt cũ michi molesti essent iduebar cilicio.
Humiliabã i ieiunio animã meã: et oratio mea in sinu meo conuertetur
Quasi proximũ ꝛ quasi fratrẽ nostrũ sic complacebã: quasi lugẽs et ꝯtristatus sic humiliabar.

Et aduersū mē letati sūt et ꝯuenerūt: ꝯgregata sūt sup me flagella ⁊ ignoraui
Dissipati sūt nec ꝯpūcti tetauerūt me subsānaue rūt me subsannatiōe: frē duerūt sup me dētib⁹ suis
Dñe qñ respicies restitue aīam meā a malignitate eoꝝ: a leonib⁹ vnicā
Cōfitebor tibi ī ecclīa magna: in populo graui laudabo te. (meā.
Non supergaudeāt michi qui aduersant michi inique: q̄ oderūt me gratis ⁊ annunt oculis.
Quoniā michi quidem pacifice loquebant: et in iracūdia terre loquētes dolos cogitabāt.
Et dilatauerūt sup me os suū: dixerunt euge euge viderunt oculi nostri
Vidisti dñe ne sileas: domine ne discedas a me.
Exurge ⁊ intende iudicio meo: deus me⁹ ⁊ dñs meus in causam meam.
Iudica me scđ͡z iustitiā tuā dñe deus me⁹: ⁊ non supergaudeant michi.
Nō dicāt ī cordib⁹ suis euge euge aīe nr̄e: nec dicant deuorabimus eum.
Erubescāt ⁊ reuereāt sīl gratulant malis meis.
Induant ꝯfusione ⁊ reuerentia: qui maligna loquuntur super me.
Exultēt ⁊ letent qui volūt iustitiā meā: ⁊ dicant semp magnificet dñs q̄ volunt pacē serui eius.
Et lingua mea meditabit iustitiā tuā͡z: tota die laudem tuā. Psalmus.
Dixit iniust⁹ vt delinquat ī semetipō: nō est timor dei añ oculos ei⁹ 35.
Qm̄ dolose egit in cōspectu ei⁹: vt inueniat iniq̄tas eius ad odium.
Verba oris ei⁹ iniq̄tas ⁊ dolus: noluit intelligere vt bene ageret.
Iniquitatē meditatus est ī cubili suo: astitit omni vie non bone: malitiam autē non odiuit.
Dñe in celo mīa tua: et vitas tua vsq͡z ad nubes
Iustitia tua sicͭ mōtes dei: iudicia tua abiss⁹ mlͭ
Hoies ⁊ iumēta saluabis dñe: queādmodū mlͭtiplicasti mīa͡z tuā de⁹ (ta.
Filij aūt hoīm ī tegmine alarū tuaꝝ sperabūt.
Inebriabūt ab vbertate dom⁹ tue: ⁊ torrēte voluptatis tue potab eos
Qm̄ apđ te ē fōs vite: et ī lumīe tuo videbim⁹ lumē

Pretēde miam tuā sciē tibus te: ꝛ iustitiā tuam his qui recto sunt corde.
Non veniat michi pes superbie: ꝛ manus pctōris non moueat me.
Ibi ceciderunt qui operant iniquitatē: expulsi sunt nec potuerūt stare.
Gl'ia pri. ān. Expugna ipugnātes me. Psalm⁹.
36. Noli emulari in malignātibus: neq͛ zelaueris faciētes iniqtatē.
Qm̄ tan͛ fenū velociter arescent: ꝛ queādmodū olera hbaꝝ cito decidēt.
Spa i dn̄o ꝛ fac bonitatē: ꝛ inhabita terrā ꝛ pasceris in diuitijs eius.
Delectare i dn̄o: ꝛ dabit tibi petitiōes cordis tui
Reuela dn̄o viā tuam: ꝛ spera in eo ꝛ ipse faciet.
Et educet q̄si lumen iustitiā tuā: et iudiciū tuū tan͛ meridiē: subditus esto dn̄o ꝛ ora eum.
Noli emulari in eo qui psperat in via sua: et in hoīe faciēte iniustitias.
Desine ab ira ꝛ derelinque furorē: noli emulari vt maligneris.
Qm̄ q̄ malignāt exterminabunt: sustinētes autē dn̄m ipsi hēditabūt trā.
Et adhuc pusillū ꝛ non erit pctōr: ꝛ queres locū eius et non inuenies.
Mansueti aūt hereditabunt terrā: ꝛ delectabuntur ī multitudine pacis.
Obseruabit peccator iustum: et stridebit super eum dentibus suis.
Dn̄s āt irridebit eū: qm̄ pspicit ꝙ veniat dies ei⁹
Gladiū euaginauerunt pctōres: intēderūt arcū suū.
Vt decipiāt pauperē ꝛ inopē: vt trucidēt rectos corde.
Gladi⁹ eoꝝ ītret ī corda ipoꝝ: ꝛ arc⁹ eoꝝ ꝯfrigat.
Meli⁹ est modicū iusto: sup diuitias pctōꝝ multas.
Qm̄ brachia peccatoꝝ conterent: confirmat autē iustos dn̄s.
Nouit dn̄s dies īmaculatoꝝ: et hereditas eoꝝ in eternum erit.
Nō ꝯfūdent in tpe mali: ꝛ ī dieb⁹ famis saturabunt / qꝛ pctōres pibūt.
Inimici vo dn̄i mox vt honorificati fuerint ꝛ exaltati: deficiētes queādmodū fumus deficient.
Mutuabitur peccator et non soluet: iustus aūt miseretur ꝛ tribuet.
Quia bn̄dicentes ei hē-

reditabũt terrã: maledi-
cẽtes aũt ei disperibunt
A pud dñm gress⁹ hoīs
dirigeť: ⁊ viã eius volet.
C um ceciderit iust⁹ nõ
collideť: q2 dñs supponit
manum suam.
I unior fui etenĩ senui ⁊
non vidi iustũ derelictũ:
nec semẽ ei⁹ q̃rens panẽ
T ota die misereť ⁊ com
modat: et semen eius in
benedictione erit.
D eclina a malo ⁊ fac bo-
nũ: ⁊ inhabita i sclm scli
Q 2 dñs amat iudiciũ: ⁊
nõ derelinquet sctõs su-
os i eternũ ꝯseruabunť.
I niusti punientur: ⁊ se
men impioꝝ peribit.
I usti aũt hereditabũt
terrã: ⁊ inhabitabunt in
seculũ seculi super eam.
O s iusti meditabiť sa-
pientiã: ⁊ lingua eius lo
quetur iudicium.
L ex dei ei⁹ in corde ip-
sius: ⁊ non supplantabũ
tur gressus eius.
C õsiderat pctõr iustũ:
et querit mortificare eũ.
D ñs aũt nõ derelinq̃t eũ
in manib⁹ ei⁹: nec dana-
bit eũ cum iudicabiť illi
E xpecta dñm ⁊ custodi
viã ei⁹ et exaltabit te vt
hẽditate capias t̃rã: cuꝫ
perierint pctõres videb⁹
V idi impiũ superexal-
tatum: ⁊ eleuatum sicut
cedros libani.
E t transiui et ecce non
erat: quesiui eũ et nõ est
inuentus locus eius.
C ustodi innocẽtiã ⁊ vi
de equitatẽ: qm̃ sunt reli
quie homini pacifico.
I niusti aũt dispibũt: sĩl'
reliq̃e impioꝝ interibũt.
S al⁹ autẽ iustoꝝ a dño:
et protector eoꝝ est in tẽ
pore tribulationis.
E t adiuuabit eos dñs ⁊
libabit eos: ⁊ eruet eos a
pctõrib⁹ ⁊ saluabit eos/
q2 sperauerũt in eo. ps.
D Omine ne in furore 37.
tuo arguas me: ne-
q̃ i ira tua corripias me
Q m̃ sagitte tue ĩfixe sũt
michi: ⁊ confirmasti sup
me manum tuam.
N õ est sanitas in carne
mea a facie ire tue: nõ est
pax ossibus meis a facie
peccatoꝝ meorum.
Q m̃ iniquitates mee su
pergresse sunt caput me
um: et sicut onus graue
grauate sunt super me.
P utruerũt et corrupte
sunt cicatrices mee: a fa
cie insipientie mee.
M iser factus sum ⁊ cur

nat⁹ sũ vsq; in finẽ: tota
die ↄtristat⁹ ingrediebar
Qm̃ lũbi mei ĩpleti sũt
illusionibus: ꝛ non est sa
nitas in carne mea.
Afflictus sum et humi-
liatus sũ nimis: rugiebã
a gemitu cordis mei.
Dñe ante te omne desi-
deriũ meũ: ꝛ gemit⁹ me⁹
a te non est abscõditus.
Cor meũ ↄturbatũ est i
me: dereliq̃t me vt⁹ mea:
et lumen oculoꝝ meoꝝ ꝛ
ipsum non est mecum.
Amici mei ꝛ ꝓximi mei:
aduersũ me appropinq̃-
uerunt et steterunt.
Et qui iuxta me erãt de
lõge steterũt: ꝛ vim facie
bãt q̃ q̃rebãt aĩam meã.
Et q̃ iq̃rebãt mala mihi
locuti sũt vanitates: ꝛ do
los tota die meditabant̃
Ego autẽ tanq̃ surdus
nõ audiebã: ꝛ sicut mut⁹
non aperiens os suum.
Et fact⁹ sũ sicut hõ non
audiẽs: et non habẽs in
ore suo redargutiones.
Qm̃ i te dñe speraui: tu ex
audies me dñe de⁹ meus
Q2 dixi neq̃n sup gaude
ant mihi ĩimici mei: ꝛ dũ
ↄmouent̃ pedes mei: sup
me magna locuti sunt.
Qm̃ ego i flagella para
tus sũ: ꝛ dolor me⁹ i con
spectu meo semper.
Qm̃ iniq̃tatẽ meã ãnũcia
bo ꝛ cogitabo ꝓ pctõ mo
Inimici aũt mei viuũt
et cõfirmati sũt. sup me:
et multiplicati sũt q̃ ode
runt me inique.
Qui retribuunt mala ꝓ
bonis detrahebãt mihi:
qm̃ sequebar bonitatem
Ne dereliq̃s me dñe de⁹
me⁹: ne discesseris a me.
Intẽde i adiutoriũ me
um: dñe de⁹ salutis mee.
Gloria. A. Reuela dño viã
tuã. V⁹. Dñe in celo mĩa
tuo. ℟. Et vitas tua vsq;
ad nubes. Lect. et ℟. de
eadẽ feria. Añ. lau. V. Fi
at mĩa tua dñe sup nos.
℟. Queadmodũ sperauí-
mus i te. Iste V. dr̃ ante
lau. i oĩb⁹ fer. a Dñe ne i
ira. vsq; ad xl. Et a De⁹
oĩm. vsq; ad aduẽtũ dñi
qñ de fer. agit̃. In lau. ps.
Miserere mei
de⁹: scd̃z ma
gnã miseri-
cordiã tuã.
Et secũdũ
multitudi-
nem miserationũ tuarũ:
dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab ini-
quitate mea: ꝛ a peccato

meo munda me.
Qm iniqtatē meā ego co
gnosco: ⁊ pctm̄ meū con
tra me est semper.
Tibi soli peccaui: ⁊ ma-
lū corā te feci vt iustifice
ris in sermonib⁹ tuis: et
vincas cū iudicaris.
Ecce eni in iniqtatibus
cōceptus sum: ⁊ in pctis
concepit me mater mea.
Ecce eni vitatē dilexisti
icerta ⁊ occulta sapiētie
tue manifestasti mihi.
Aspges me dn̄e hysopo
et mūdabor: lauabis me
et sup niuem dealbabor
Auditui meo dab̄ gau
diū ⁊ letitiā: ⁊ exultabūt
ossa humiliata.
Auerte faciē tuā a pec-
catis meis: ⁊ omnes ini-
quitates meas dele.
Cor mundū crea in me
de⁹: et spm̄ rectū innoua
in visceribus meis.
Ne proiicias me a facie
tua: ⁊ spiritū sanctū tuū
ne auferas a me.
Redde mihi letitiā salu
taris tui: ⁊ spū principa
li confirma me.
Docebo iniqs vias tuas:
et impij ad te cōuertent.
Libera me de sanguinib⁹
de⁹ de⁹ salut̄ mee: ⁊ exl'ta
bit ligua mea iustitiā tuā

Dn̄e labia mea aperies:
et os meum annūciabit
laudem tuam.
Qm̄ si voluisses sacrifi-
ciū dedissē: vtiq; olocau-
stis non delectaberis.
Sacrificiū deo spūs cō-
tribulat⁹: cor contritū et
hūiliatū de⁹ nō despicies
Benigne fac dn̄e i bona
volūtate tua siō: vt edifi
centur muri hierusalem
Tūc acceptabis sacrifi
ciū iustitie oblationes et
olocausta: tūc iponēt su
per altare tuum vitulos
Gl'ia. ā. Misere mei de⁹
p̄. s. Verba mea. vt s̄ fo.
ij. an. Intellige clamorē
meū dn̄e. ā. De⁹ de⁹ me⁹
ad te de luce vigilo. ps.
Ipsum. Canticum esaie.

Confitebor tibi dn̄e Esaie
qm̄ irat⁹ es michi: 12.a.
conuersus est furor tu⁹
et consolatus es me.
Ecce de⁹ saluator me⁹:
fiducialit̄ agā ⁊ nō tiebo
Quia fortitudo mea et
laus mea dn̄s: ⁊ fact⁹ est
michi in salutem.
Haurietis aqs i gaudio
de fōtib⁹ saluatoris: ⁊ di
cetis i illa die cōfitemini
dn̄o ⁊ inuocate nomē ei⁹
Notas facite i pplis ad
inuētiones ei⁹: memēto.

re qm excelsū ē nomē ei⁹
Cantate dño qm magni
fice fecit: annūciate hec
in vniuersa terra.
Exulta ꝛ lauda habita
tio siō: quia magnus in
medio tui sanctus israel
Glia. an Cōuers⁹ est fu
roꝛ tu⁹ dñe: ꝛ cōsolat⁹ es
me. an. Laudate dñm de
celis. ps. Ipsum. Capm.
1. Co. 16. c. Vigilate ꝛ oꝛate: sta-
te in fide viri lit agi
te et confoꝛtamini: ꝛ oīa
vra ī charitate fiāt. Hoc
cap. dꝛ oib⁹ fer. ad lau. a
Dñe ne in ira. vsqꝫ ad ca
put ieiunij: ꝛ a De⁹ oim.
vsqꝫ ad aduentū dñi: qñ
de feria agit. A Dñe ne i
ira. vsqꝫ ad. xl. quādo de
scda feria agit / dicit ad
laudes sequēs Hymn⁹.
Splendoꝛ pr̄ne gl'ie/
de luce lucem pꝛofe
rēs: lux lucis ꝛ fōs luis/
dies diem illuminans.
Verusqꝫ sol illabere/mi
cās nitoꝛe ppeti iubarqꝫ
sancti spiritus / infunde
nostris sensibus.
Votis vocem⁹ te patrē/
patrē perennis gl'ie: pa-
trē potētis grē / culpam
releget lubꝛicam.
Informet act⁹ strennu
os/dentē retūdat inuidi
casus secundet asperos
donet gerendi gratiam.
Mentem gubernat ꝛ re
gat / casto fideli coꝛpoꝛe:
fides calore ferueat frau
dis venena nesciat.
Chꝛistusqꝫ nobis sit ci-
bus / potusqꝫ noster sit fi
des: leti bibamus sobꝛiā
ebꝛietatem spiritus.
Letus dies hic trāseat
pudoꝛ sit vt diluculū: fi-
des velut meridies / cre-
pusculum mens nesciat.
Auroꝛa cursus pꝛoue-
hit / auroꝛa tot⁹ pꝛodeat:
in patre totus filius / et
totus in verbo pater.
Deo pr̄i sit glia / eiusqꝫ
soli filio: cū spū paracli-
to / ꝛ nūc ꝛ i ppetuū. Am
℣. In matutīs dñe medi
taboꝛ in te. ℟. Q ꝛ fuisti
adiutoꝛ me⁹. Per estate
dꝛ hy⁹. Ecce iā no. ℣. In
matutīs. Iste ℣. dꝛ oib⁹
fer. ad lau. a Dñe ne ī ira
vsqꝫ ad. xl. et a De⁹ oim.
vsqꝫ ad aduentū dñi: qñ
de feria agit. ān. Benedi
ctus de⁹ israel. ps. Ipm.
Deinde dicantur preces
feriales hoc modo.
Kyrie eleisō. iij. Chꝛi
ste eleisō. iij. Kyrie
eleisō. iij. Pater noster.
Et ne nos. Sed libera.

Ps.40 Ego dixi domine miserere mei. Sana aiam meã quia peccaui tibi.
Ps.89. Conuertere domine vsqꝫ quo. Et deprecabilis esto super seruos tuos.
Ps.32. Fiat misericordia tua dñe sup nos. Quemadmodũ sperauimus in te.
Ps.131 Sacerdotes tui induantur iustitiam. Et sancti tui exultent.
Ps.19. Dñe saluũ fac regẽ. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.
Ps.16. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperantes in te.
Ambrosius. Saluũ fac ppl'm tuũ domine et bñdic hereditati tue. Et rege eos ꝛ extolle illos vsqꝫ in eternum.
Ps. 121. Domine fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis.
Oremus pro fidelibus defunctis. Requiẽ eternã dona eis dñe ꝛ lux perpetua luceat eis.
Ps.26. Exaudi dñe vocẽ meam qua clamaui ad te. Miserere mei ꝛ exaudi me. ps Miserere mei deus. tot ps dicat sine nota: cũ Gloria patri. et Sicut erat. Finito psal. solus sacerdos erigat se: ꝛ ad gradũ chori accedat scꝫ ad mat. ꝛ ad vesp. tunc dicendo hos vsus.
Exurge domie adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum. Ps.43
Dñe deus vtutũ cõuerte nos. Et ostẽde faciem tuã ꝛ salui erimus. Ps.79
Dñe exaudi. Et clamor.
Dñs vobiscuꝫ. Et cum.
In aduẽtu dñi qñ de fer. agit' dñr mẽo. ad mat. Añ.
Spũssctũs i te descẽdet maria: ne timeas hñs i vtero filiũ dei all'a. V. Egredietur vga de radice iesse. Luce 1.c. Esaie 11.a.
R. Et flos de rad. Oro.
Deus q̃ de btẽ marie vginis vtero vbuꝫ tuũ ãgelo nũciãte carnẽ suscipe voluisti: psta supplicibus tuis. vt q̃ vere eã dei genitricem credimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eũd. x.
Me. de oibus scis. Añ. Ecce dñs vẽiet ꝛ oẽs sci eius cũ eo: ꝛ erit i die illa lux magna all'. V. Ecce appebit dñs sup nubẽ cãdidã. R. Et cũ eo scõr milia. Or. Zach 14.c.
Conscientias nr̃as q̃sumus dñe visitando purifica: vt veniẽs iesus christus filius tuus dñs noster cũ oibus sctis/ paratã sibi in nobis in

ueniat mãsionẽ. Qui te. Ad ves. rc. Ab octa. scti stephãi vsqꝫ ad puri. qͣtidie fiat mẽo. de. s. maria: de qͣcunqꝫ fiat fui. tã ad ves. qꝫ ad mat. nisi i vig. epi. ꝛ in die eiusdẽ. In fes. ix. lc. ꝛ ĩfra oc. ꝛ in oc. qñ cho. regit: ꝛ ĩ do. ad vtrasqꝫ ves. cũ hac ã. Quñ natꝰ
F. 71 es ieffabilit ex vgie tũc ĩplete sũt scripture sicut pluuia ĩ vellꝰ descẽdisti: vt saluũ faceres genꝰ humanũ te laudamꝰ deꝰ nr̃ Et ad matu. cũ hac ã. Ecce maria genuit nobꝫ sal
Joã. 1. d. uatorẽ quẽ iohẽs vidẽs exclamauit dicẽs: ecce agnꝰ dei: ecce qͥ tollit pctã mũdi all. In fer. vo ꝛ in fes. iij. l. sine regi cho. ad ad ves. dr hec ãn. Rubũ
Exo. 3. a. quẽ viderat moises incõbustũ ꝯseruatã agnouimꝰ tuã laudabilẽ vginitatẽ dei gẽitrix intcede ꝓ nobꝫ. Et ad mat. cũ hac
Ysãe 14. c. ã. Germinauit radix iesse: orta ẽ stella ex iacob vgo pepit saluatorẽ te laudamꝰ deꝰ nr̃. Et ad mat. dr
Ps. 44. ip v. Post ptũ. Et ad vs̃ dr v. Speciosꝰ forma p̃ filijs hoim. Rx. Diffusa est gr̃a in labijs tuis. Non dicit vlterius. Oratio.

Deꝰ qͥ salutꝫ etne btẽ marie vgitate fecũda hũano gñi p̃mia p̃stitisti: tribue q̃s: vt ipaꝫ ꝓ nobꝫ intcedere sẽtiamꝰ/ p quã meruimꝰ auctorẽ vite suscipe: dñz nr̃z iesũ xp̃m filiũ tuũ. Deide fiat mẽo. de oibꝰ sctis in fer. et ĩ fes. sine re. cho. ad vs̃ ꝛ ad mat. Post puri. vo ad matu. dr hec ãn. Btã mr ꝛ inupta vgo gl'iosa regina mundi intcede ꝓ nobꝫ ad dñz v. Post partũ. or. Famulor. vel or. Dñs sẽ. deꝰ. vt posterius patet. Nõ dr oro Cõcede q̃s misi. deꝰ. ad mẽo. de sctã maria: nisi ad ꝓces. tm̃. Me. de oibꝰ scis. Ad mat. ã. Exltabũt. v. Mirabilis or. Infirmitatẽ. vel or. Oim scor. vel or. Uide do. vel or. Tribue. Post puri. ad mẽo. de. s. m̃a. dicãt ãe sicut pꝰ his. Deꝰ oim. Et etiã de oibꝰ s. ad vs̃ ꝛ ad me. d pas. tẽ.
¶ Fe si. pest oc. tri. ꝛ abhic vsqꝫ ad aduẽ. do. tã ĩ fer. qꝫ i fes. iij. l. sin re. cho. et i oc. ꝛ ĩfra qñ cho. non regit dicãt he tres mc. s. de cruce: de. s. ma. ꝛ de oibꝰ sctis. Cũ vo i fes. iij. l. aliqͦ fer. ꝯtig. tũc i p̃mis

fiat me. 3. f. et postea me. supradicte Per oc. vo re liquarum siue dz de scis / siue de fe. sẽp fiat I. õmis me. de cruce. Ad mag. ã. Nos aũt gl'iari oportet in cruce dñi nñi iesu xpi. ℣. Ois terra adoret te de⁹ et psallat tibi. Psalmũ di. no. t.

Deus q̃ sanctã. Oro. crucẽ tuã ascẽdisti: et mũdi tñbras illuiasti: tu corda et corpa nr̃a illuiare dignare saluator mũdi. Qui vi. et re. vel or.

Perpetua q̃s dñe pace custodi: q̃s per lignũ scẽ cruc redĩere dignat⁹ es saluator mũdi. Qui vi. et re. cũ deo. Me. de s. maria. Ad matu. ãn. Btã mr. ℣. Post ptũ. or.

Adesto nob dñe deus nr̃ et q̃s scẽ crucis letari fac honore: ei⁹ q̃q perpetuis defẽde subsidijs. Per xpm. Uel orõ.

Famulorum tuorũ q̃s dñe delict ignosce: vt q̃ tibi placere de actibus nr̃is nõ valem⁹: genitric filij tui dñi nostri intercessione saluemur. Per eundẽ. Uel oratio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹ nos famulos tuos dextera tue potẽtie a cunctis ptege periculis: et gl'iosa beate marie semp vginis intercessione: fac nos presenti gaudere prosperitate et futura. Per xpm. No dz oro Cõcede q̃s mihi. ad me. de scã maria per totum annũ: sed ad pces. et ad cõplet. de ea tm. Meo de oib⁹ sctis. Ad matu. ãn. Exultabũt sancti in gl'ia letabunt in cubilib⁹ suis ℣. Mirabilis de⁹ in sanctis suis. ℞. Et gl'iosus in maiestate sua. Oratio po. 149. p. 67

Infirmitatẽ nostram q̃s dñe propitius respice: et mala oia que iuste meremur: oim sctõrũ tuorum intercessione auerte. Per xpm. Uel oratio.

Omniũ sanctorum tuorum q̃s dñe intercessione placatus: et veniam delictorum nobis tribue et remedia sempit'na cõcede. Per. Uel oratio.

Uide dñe infirmitates nr̃as: et intercedẽtib⁹ oibus sctis tuis: celeri nobis pietate succurre. Per xpm. Uel or.

Tribue q̃s dñe oẽs sãctos tuos iugiter orare p nobis: et eos semper clementer audire di-

Mer. Per. Meo. de cru-
ce ad ves. an. Salua nos
xpe saluator p vtute scte
crucis: q saluasti petru;
in mari miserere nobis. V.
Dis tra. Uel an. Per si-
gnum crucis de inimicis
nris libera nos de9 nr. Uel
a. Adoram9 te xpe et bn-
dicim9 tibi: qr per cruce
tua redemisti mudu. V.
Dis tra. Or vts ad ma.
Meo. de. s. maria ad vs.
an. Scta maria vgo inte
cede p toto mudo: qr ge
nuisti rege orb;. V. Scta
dei genitrix vgo sep ma-
ria. Uel a. Scta dei geni
trix vgo semp maria: inte
cede p nob; ad dnm deu
nrm. V. Post partu. Uel
an. In ple mr: in partu
vgo: gaude et letare pia
mr dni. V. Scta dei geni.
Oro vts ad mat. Me. de
oib9 sctis ad ves. a. Scti
dei oes q est; psortes su
pernoru ciuiu intcedite
p nobis. V. Letami. Uel
Exultet. Uel an. Oes ele
cti dei nri memorami an
deu: vt vris pcib9 adiuti
mereamur vobis adiungi
V. Letami. vel Exultet.
Uel a. Sctor pcib9 cun-
ctor redde salute corpo
ris et aie xpe tuis famu-
lis. V. Letamini. Uel an
O q glosu est regnu: in
quo cu xpo gaudent oes
scti amicti stolis albis: se
quunt agnu quocuq; ie-
rit. V. Letamini. Isti duo
V. ad meo. de oibus scis
no variant / nisi cum V.
Letamini. ad pmas ves.
sz: tuc ad meo. de oibus
sctis dicet V9. Exultent.
Sicr ad matu. qn V. Mi
rabilis de9. sz in lau. tuc
ad meo. de oib9 sctis dice
tur V. Justor aie. qd per
totu annu obseruet: nisi
in aduetu / et in tpe pasc.
Oro vts ad matutinas.
¶ Fer. iij. ad mat. Inui.
Jubilemus deo Saluta-
ri nro. p. Uen. A pme no
i ira. vsq; ad. xl. qn de. iij.
fer. agitur / dicit ad ma-
tutinas seques Hymn9.

Consors prni lumis
lux ipe lucis et dies
nocte canedo rupimus /
assiste postulatibus.
Aufer tenebras metiu /
fuga cateruas demonu:
repelle somnolentia / ne
pigritates obruat.
Sic xpe nobis oibus / in
dulgeas credetib9: vt p-
sit exorantib9 / qd precine
tes psallimus.
Pra pr pijs. Per estate

Hy⁹. Nocte sur. Psalm⁹.

38. Dixi custodiam vias meas: vt nō delinquā i lingua mea

Posui ori meo custodiā: cū cōsisteret pctōr aduersum me.

Obmutui et humiliat⁹ sū ⁊ silui a bōis: et dolor meus renouatus est.

Cōcaluit cor meū intra me: ⁊ in meditatiōe mea exardescet ignis.

Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum.

Et nūerū dierū meorū q̄s est: vt sciā q̄d desit michi

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: ⁊ substātia mea tāq̄ꝫ nihilū an̄ te

Veruntn̄ vniuersa vanitas: oīs homo viuens.

Veruntn̄ in imagine ꝑtransit homo: sed et frustra conturbatur.

Thesaurizat: ⁊ ignorat cui congregabit ea.

Et nūc q̄ est expectatio mea nōne dn̄s: ⁊ substātia mea apud te est.

Ab oīb⁹ iniq̄tatib⁹ meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui ⁊ nō apui os meū q̄m tu fecisti: amoue a me plagas tuas.

A fortitudine man⁹ tue ego defeci: in increpationibus ꝓpter iniquitatē corripuisti hominem.

Et tabescē fecisti sicut araneā aīam ei⁹: verūtn̄ vane ↄturbat̄ oīs homo

Exaudi orōnē meā dn̄e et dep̄cationē meā: auribus p̄cipe lachrimas meas

Ne sileas q̄m aduena ego sū apud te: ⁊ peregrinus sicut oēs p̄res mei.

Remitte michi vt refrigerer p̄usq̄ꝫ abeam: ⁊ amplius non ero. Psalmus

Expectās expectaui dn̄m: ⁊ intēdit mihi 39.

Et exaudiuit p̄ces meas: et eduxit me de lacu miserie ⁊ de luto fecis.

Et statuit supra petraꝫ pedes meos: et direxit gressus meos.

Et imisit i os meū cāticū nouū: carmē deo nr̄o

Videbūt multi et timebunt: ⁊ sperabūt in dn̄o.

Beatus vir cui⁹ est nomen dn̄i spes eius: et nō respexit in vanitates et insanias falsas.

Multa fecisti tu dn̄e de⁹ me⁹ mirabilia tua: et cogitationib⁹ tuis nō est q̄

similis sit tibi.
Annũciaui ⁊ locut⁹ sũ:
multiplicati sunt super
numerum.
Sacrificiũ et oblationē
noluisti: aures autē per-
fecisti michi.
Olocaustũ et pro pecca
to nõ postulasti: tunc di-
xi ecce venio.
In capite libri scriptũ ē
de me vt facerē volũtatē
tuã de⁹ me⁹ volui: ⁊ legē
tuã in medio cordis mei
Annũciaui iustitiã tuã
in ecclia magna: ecce la-
bia mea non prohibebo
domine tu scisti.
Iustitiã tuã nõ abscon
di i corde meo: veritatē tu
am ⁊ salutare tuũ dixi.
Nõ abscõdi miaꝫ tuã ⁊
veritatē tuã: a ꝯsilio mlto
Tu aũt dñe ne lõge faci
as miſatiões tuas a me
mia tua ⁊ veritas tua sem
per susceperunt me.
Qm circũdederũt me ma
la quoꝝ non est nũer⁹ ꝯpre
henderũt me iniqtates
mee: ⁊ nõ potui vt viderē
Multiplicate sũt sup ca
pillos capitis mei: et cor
meũ dereliquit me.
Complaceat tibi dñe vt
eruas me: dñe ad adiu-
uandũ me respice.

Cõfundant ⁊ reuereãt
simul q̃ querũt aiam me
am: vt auferant eam.
Cõuertãt retrorsũ ⁊ re
uereãt: q̃ volũt mihi ma-
Ferãt cõfestim cõ- (la.
fusionē suã: qui dicunt
michi euge euge.
Exultēt et letent sup te
oēs q̃rētes te: ⁊ dicãt sē-
per magnificet dñs qui
diligunt salutare tuum.
Ego aũt mendic⁹ sũ et
paup: dñs sollici⁹ ē mei.
Adiutor me⁹ ⁊ ꝓtector
me⁹ tu es: de⁹ me⁹ ne tar
daueris. Gloria. Ã. Ut nõ
delinquã i ligua mea. ps
Beat⁹ q̃ itelligit sup 40
egenũ ⁊ pauperē: in
die mala liberabit eũ dñs.
Dñs ꝯseruet eũ ⁊ viuifi
cet eũ ⁊ beatũ faciat eũ i
terra: et nõ tradat eũ in
aiam inimicoꝝ eius.
Dñs opē ferat illi super
lectũ doloris ei⁹: vniuer- 41.
sum stratũ eius versasti
in infirmitate eius.
Ego dixi domine misere
re mei: sana aiam meam
quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerũt ma
la mihi: quando morietur
et peribit nomen eius.
Et si igrediebat vt vide
ret vana loqbat: cor ei⁹

cōgregauit iniqtatē sibi
Egrediebatur foras: et
loquebat in idipsum.
Aduersū me susurrabāt
oēs inimici mei: aduersū
me cogitabāt mala mihi
Verbum iniquum cōsti
tuerūt aduersum me: nū
quid qui dormit nō adij
ciet vt resurgat.
Etenī homo pacꝭ mee i
quo speraui: q̄ edebat pa
nes meos magnificauit
sup me supplantationē.
Tu autem dn̄e miserere
mei ꝛ resuscita me: et re-
tribuam eis.
In hoc cognoui qm̄ volui-
sti me: qm̄ non gaudebit
inimicus meus sup me.
Me aūt ꝑpt̄ inocētiā su
scepisti: ꝛ ꝯfirmasti me i
conspectu tuo in eternū.
Benedictus dn̄s deꝰ is-
rael: a seculo et in seculū
fiat fiat. Psalmus.
41. Quēadmodū deside
rat ceruꝰ ad fōtes
aquaꝝ: ita desiderat ani-
ma mea ad te deus.
Sitiuit aīa mea ad deū
fōtē viuū: qn̄ veniā ꝛ ap
parebo ante faciē dei.
Fuerūt michi lachrime
mee panes die ac nocte:
dum dicit mihi quotidie
vbi est deus tuus.
Hec recordatꝰ sum ꝛ ef
fudi in me aiam meam:
quoniā trāsibo in locum
tabernaculi admirabilis
vsq; ad domum dei.
In voce exltatiōis ꝛ cō-
fessionis: sonꝰ epulātis.
Quare tristꝭ es aīa mea
et quare cōturbas me:
Spera in deo qm̄ adhuc
ꝯfitebor illi: salutare vul
tus mei ꝛ deus meus.
Ad meipsum anīa mea
conturbata est: propter-
ea memor ero tui de ter-
ra iordanis et hermonij
a monte modico.
Abissꝰ abissū inuocat: i
voce catharactaꝝ tuaꝝ.
Oia excelsa tua ꝛ fluctꝰ
tui: sup me transierunt.
In die mādauit dn̄s mi
sericordiā suam: ꝛ nocte
canticum eius.
Apud me oratio deo vi-
te mee: dicam deo susce-
ptor meus es.
Quare oblitꝰ es mei: et
quare cōtristatus icedo
dū affligit me inimicus:
Dū ꝯfringunt ossa mea
exprobrauerūt michi q̄
tribulāt me inimici mei.
Dū dicūt mihi ꝑ singu-
los dies: vbi est deꝰ tuus
Quare tristꝭ es aīa mea
et quare conturbas me:

S pera in deo quoniam adhuc
confitebor illi: salutare vul
tus mei et deus meus.
Gloria. Sana domine animam
meam quia peccaui tibi. Iste
ps. non dr ad noc. ps. 42.
I udica me deus et discer-
ne causam meam. psalmus
43. D Eus auribus nostris
audiuimus: patres nostri
annunciauerunt nobis.
O pus quod operatus es in die
bus eorum: et in diebus antiquis
M anus tua gentes disperdi
dit et plantasti eos: afflixi
sti populos et expulisti eos
N ec enim in gladio suo
possederunt terram: et bra-
chium eorum non saluauit eos
S ed dextera tua et brachium
tuum et illuminatio vultus
tui: quoniam complacuisti in eis.
T u es ipse rex meus et
deus meus: qui mandas
salutes iacob.
I n te inimicos nostros ven
tilabimus cornu: et in no
mine tuo spernemus in-
surgentes in nobis.
N on enim in arcu meo
sperabo: et gladius meus
non saluabit me.
S aluasti enim nos de af-
fligentibus nos: et odientes
nos confudisti.
I n deo laudabimur to-
ta die: et in nomine tuo confi
tebimur tibi in seculum.
N unc autem repulisti et con
fudisti nos: et non egredie-
ris deus in virtutibus nostris
A uertisti nos retrorsum
post inimicos nostros: et qui
oderunt nos diripiebant sibi
D edisti nos tanquam oues
escarum: et in gentibus
dispersisti nos.
V endidisti populum tuum si-
ne precio: et non fuit multitu
do in commutationibus eorum
P osuisti nos opprobri
um vicinis nostris: subsan
natione et derisu his qui
in circuitu nostro sunt.
P osuisti nos in simlitu-
dinem gentibus: commotio
nem capitis in populis.
T ota die verecundia mea
contra me est: et confusio fa
ciei mee cooperuit me.
A voce exprobrantis et
obloquentis: a facie inimi
ci et persequentis.
H ec omnia venerunt super nos
nec obliti sumus te: et inique
non egimus in testamento tuo
E t non recessit retro cor
nostrum: et declinasti semi
tas nostras a via tua.
Q uoniam humiliasti nos in loco
afflictionis: et cooperuit
nos vmbra mortis.
S i obliti sumus nomen dei
nostri: et si expandimus manus

nostras ad deū alienum
Nōne deus reqret ista: ipse enim nouit abscondita cordis.
Qm̄ ꝓpter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisiōis.
Exurge q̄re obdormis dn̄e: exurge ⁊ ne repellas
Quare faciē tuā (i finē) auertis: obliuisceris inopie nr̄e ⁊ tribulationis nr̄e.
Qm̄ humiliata est i pulere aīa nr̄a: cōglutinatus est in terra venter nr̄.
Exurge domine adiuua nos: ⁊ redime nos ꝓpter nomen tuum. Psalmus
44. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribe: velociter scribentis.
Speciosus forma p̄ filijs hoim: diffusa est gr̄a i labiis tuis: ꝓpterea bn̄dixit te deus in eternum.
Accingē gladio tuo super femur tuū: potentissime.
Specie tua et pulchritudine tua: intende, ꝓspere procede et regna.
Propt̄ vitatē ⁊ māsuetudinē ⁊ iustitiā: ⁊ deducet te mirabil'r dext'a tua
Sagitte tue acute: ppl'i sub te cadēt in corda inimicorum regis.
Sedes tua deus in scl'm seculi: virga directionis virga regni tui.
Dilexisti iustitiā ⁊ odisti iniqtatē: ꝓptea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis.
Mirra ⁊ gutta ⁊ casia a vestimētis tuis a domibus eburneis: ex qb⁹ delectauerūt te filie regum in honore tuo.
Astitit regia a dextris tuis i vestitu deaurato: circundata varietate.
Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuā: et obliuiscē ppl'z tuū ⁊ domū p̄ris tui.
Et ↄcupiscet rex decorē tuū: qm̄ ipe est dn̄s deus tuus ⁊ adorabunt eum.
Et filie tyri in muneribus: vultū tuū dep̄cabūtur oēs diuites plebis.
Omis gl'ia ei⁹ filie regis abint⁹ i fimbrijs aureis circūamicta varietatib⁹
Adducent regi vgines post eā: p̄xīe ei⁹ afferent
Afferent in leti[illegible] tia et exultatione: adducentur in templū regis.
Pro p̄rib⁹ tuis nati sūt tibi filij: ↄstitues eos p̄ncipes super oēm terram
Memores erunt nomīs

tui dñe: in omni genera-
tione et generationem.
Propterea ppl'i cõfite-
bunt tibi: in eternũ et in
seculũ scl'i. Gl'ia pri. añ.
Eructauit cor meũ ver-
bum bonum. Psalmus.
45. Deus nr refugium et
virtus: adiutor in tri
bulationib⁹ que inuene
runt nos nimis.
Propterea nõ timebim⁹
dũ turbabit t'ra: et trãsfe
rent mõtes in cor maris
Sonuerũt et turbate sũt
aq̃ eorum: cõturbati sũt mõ
tes in fortitudine eius.
Fluminis ipet⁹ letificat
ciuitatẽ dei: scificauit ta
bernaculũ suũ altissim⁹
Deus in medio ei⁹ nõ cõ-
mouebitur: adiuuabit eam
deus mane diluculo.
Conturbate sũt gẽtes et
inclinata sũt regna: dedit
vocẽ suã mota est terra.
Dñs virtutũ nobiscũ: sus
ceptor noster de⁹ iacob.
Venite et videte opa dñi
q̃ posuit pdigia sup t'rã
auferens bella vsq; ad
finẽ terre: arcũ conteret
et confringet arma: et scu-
ta combburet igni.
Vacate et videte qm̃ ego
sum de⁹: exaltabor in gẽti-
bus et exaltabor in terra
Dñs virtutũ nobiscũ: sus
ceptor nr deus iacob. Ps
Omnes gẽtes plaudi
te manibus: iubilate
deo i voce exultationis.
Qm̃ dñs excelsus terri-
bilis: rex magnus super
omnem terram.
Subiecit pplos nobis:
et gẽtes sub pedib⁹ nr̃is
Elegit nob' hẽditatẽ suã
speciẽ iacob quẽ dilexit.
Ascendit de⁹ in iubilo: et
dñs in voce tube.
Psallite dõ nr̃o psallite
psallite regi nr̃o psallite
Qm̃ rex oĩs terre deus:
psallite sapienter.
Regnabit de⁹ sup gen-
tes: deus sedet super se-
dem sanctam suam.
Principes pplorum cõgre-
gati sunt cũ deo abrahã
qm̃ dij fortes terre vehe
mẽter eleuati sunt.
Gl'ia. añ. Adiutor in tri
bulationibus. Psalm⁹. 48.
Magn⁹ dñs et lauda-
bilis nimis: i ciuitate
dei nr̃i in mõte sctõ eius
Fũdat exultatõe vniuer
se t're mõs siõ latera aq̃-
lonis: ciuitas regis magni
Deus in domib⁹ ei⁹ co-
gnoscet: cũ suscipiet eam
Qm̃ ecce reges t're cõgre
gati sũt: cõuenerũt i vnũ

Ibi videtes sic admirati sūt ꝯturbati sūt/ꝯmoti sūt: tremor apphēdit eos
Ibi dolores vt parturiētis: in spiritu vehementi conteres naues tharsis.
Sicut audiuim⁹ sic vidimus i ciuitate dñi virtutum/i ciuitate dei nostri: de⁹ fundauit eā i eternū
Suscepimus de⁹ mīam tuā: in medio templi tui.
Scdm nomen tuū de⁹ sic ꝛ laus tua i fines t're: iusticia plena ē dextera tua.
Letetur mons sion ꝛ exultent filie iude: propter iudicia tua domine.
Circūdate siō ꝛ ꝯplectimi eā: narrate i turrib⁹ ei⁹.
Pōite corda vr̄a i vtute ei⁹ ꝛ distribuite domos ei⁹ vt enarretꝫ i ꝓgenie alt'a
Qm̄ hic est de⁹ de⁹ nr̄ in eternū ꝛ i scl'm seculi: ipe reget nos i scl'a. Psalm⁹

48. Audite hec oēs gentes aurib⁹ ꝑcipite oēs qui habitatis orbē.
Quiqꝫ terrigene et filij hominū: simul in vnū diues ꝛ pauper.
Os meum loquetur sapientiā: ꝛ meditatio cordis mei prudentiam.
Inclinabo i parabolam aurē meā: aperiā in psalterio propositionē meā.
Cur timebo i die mala: iniqtas calcanei mei circundabit me.
Qui cōfidunt in virtute sua: ꝛ i multitudine diuitiarum suarū gloriātur.
Frater nō redimit: redimet hō: et non dabit deo placationem suam.
Et precium redēptiōis aīe sue: ꝛ laborabit i eternū ꝛ viuet adhuc in finē
Nō videbit interitū cū viderit sapiētes morientes sil' isipiēs ꝛ stult⁹ pibūt.
Et relinquēt alienis diuitias suas: ꝛ sepulchra eorū domus illoꝝ i eternū.
Tabernacula eoꝝ i progenie ꝛ ꝓgenie: vocauerūt noīa sua i terris suis
Et homo cū i honore esset nō intellexit: ꝯparat⁹ est iumētis insipiētibus ꝛ similis factus est illis.
Hec via illorum scandalum ipsis: ꝛ postea in ore suo complacebunt.
Sicut oues i iferno positi sūt: mors depascet eos.
Et dominabuntur eorū iusti in matutino: ꝛ auxilium eoꝝ veterascet in inferno a gloria eorum.
Verūtamē de⁹ redimet aīam meā de manu iferi

cum acceperit me.
Ne timuer[is] cũ diues fa
ct[us] fuerit hõ: ⁊ cũ m[u]l[ti]pli
cata fuerit gl[or]ia dom[us] ei[us]
Quoniã cum interierit
nõ sumet omnia: neq[ue] de-
scẽdet cũ eo gloria eius.
Q[ui]a aĩa ei[us] in vita ipsius
bñdicetur: cõfitebitur ti-
bi cum benefeceris ei.
Introibit vsq[ue] ĩ [pro]genies
patrũ suo[rum]: ⁊ vsq[ue] in eter
num non videbit lumen.
Homo cũ ĩ honore esset
nõ intellexit: cõparat[us] est
iumẽtis insipientib[us] ⁊ si-
milis fact[us] est illis. Gl[or]ia.
A[ntiphona]. Aurib[us] [per]cipite qui ha
bitatis orbem. Psalmus
49. Deus deo[rum] domin[us]
locutus est: ⁊ voca-
uit terram.
A solis ortu vsq[ue] ad occa
sũ: ex syõ species decor[is] ei[us]
Deus manifeste veniet:
de[us] noster ⁊ non silebit.
Ignis in [con]spectu ei[us] ex-
ardescet: ⁊ in circuitu ei[us]
tempestas valida.
Aduocauit celũ desur-
sum: ⁊ terram discernere
populum suum.
Cõgregate illi sc[t]õs ei[us]
qui ordinãt testamentũ
eius super sacrificia.
Et ãnũciabũt celi iusti
tiã ei[us]: q[uonia]m de[us] iudex est.
Audi p[o]p[u]l[u]s me[us] ⁊ loquar
israel: ⁊ testificabor tibi
deus de[us] tuus ego sum.
Nõ ĩ sacrificiis tuis ar-
guã te olocausta aũt tua
in [con]spectu meo sũt semp.
Nõ accipiã de domo tua
vitulos: neq[ue] de gregib[us]
tuis hyrcos.
Quoniam mee sunt oẽs
fere siluarum iumẽta in
montibus ⁊ boues.
Cognoui oĩa volatilia
celi: et pulchritudo agri
mecum est.
Si esuriero non dicã ti-
bi: me[us] est enim orbis ter
re ⁊ plenitudo eius.
Nunq[ui]d mãducabo car
nes thauro[rum]: aut sangui
nẽ hyrcorum potabo?
Immola deo sacrificiũ
laudis: ⁊ redde altissimo
vota tua.
Et inuoca me ĩ die tribu
latiõis: eruam te ⁊ hono
rificabis me.
Peccatori aũt dixit de[us]
q[ua]re tu enarras iustitias
meas ⁊ assumis testamẽ
tum meum per os tuũ.
Tu u[er]o odisti disciplinã
⁊ [pro]iecisti sermões meos
retrorsum.
Si videbas furem curre
bas cũ eo: ⁊ cũ adulteris
portionẽ tuã ponebas.

Os tuū abundauit malitia: et lingua tua cōcinnabat dolos.
Sedēs aduersꝰ frēz tuū loqbaris: et aduersꝰ filiū matris tue ponebas scādalū: hec fecisti et tacui.
Existimasti iiique ꝙ ero tui similis: arguā te et sta tuam cōtra faciem tuam
Intelligite hec q̄ obliuiscimini deū: nequādo rapiat/ et nō sit qui eripiat.
Sacrificiū laudis honorificabit me: et illic iter q̄ ondā illi salutare dei. No. di ad noct. iste ps. Miserere mei deꝰ. et c. Psalmꝰ.
51. Quid glīar? i malitia q̄ potēs es i iiqtate
Tota die iiustitiā cogitauit ligua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum
Dilexisti malitiā sup benignitatē: iniquitatē magis ꝙ̄ loqui equitatem.
Dilexisti oīa vba precipitationis: ligua dolosa.
Propterea deꝰ ꝺstruet te i finē: euellet te et emigrabit te de tabernacło tuo et radicē tuā de terra viuētiū
Uidebūt iusti et timebūt et super eum ridebūt et dicēt: ecce hō qui nō posuit deum adiutorem suum.
Sed spauit i multitudine diuitiarū suarū: et preualuit in vanitate sua.
Ego aūt sicut oliua fructifera i domo dñi: speraui in mia dei in eternum et in seculum seculi.
Cōfitebor tibi in seculū qr fecisti: et expectabo nomen tuū qm̄ bonū est in cōspectu sanctorū tuorum.
Gloria. An. Deꝰ deorum dñs locutꝰ ē. ℣. Immola deo sacrificiū laudꝭ ℟. Et red de altissimo vota tua. Ante lau. ℣. Fiat mia. In l. an. Scdm magnā miam tuā: miserere mei deꝰ. ps. Miserere mei deus. ps.
Iudica me deꝰ et discerne causā meā de gēte non sctā: ab hoīe iniquo et doloso erue me. 42.
Qr tu es deꝰ fortitudo meam q̄re me repulisti: et quare tristis incedo / duz affligit me inimicus.
Emitte lucē tuā et vitatē tuā: ipa me deduxerūt et adduxerūt i mōtē sctm tuū et i tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam.
Cōfitebor tibi in cithara deus deꝰ meus / quare tristis es aīa mea: et quare conturbas me?

Fixpa i deo qm adhuc cō fitebor illi: salutare vult⁹ mei ꝛ deus me⁹. Glia ā. Salutare vult⁹ mei ꝛ de⁹ meus ā. Ad te de luce vigilo ꝑs Deus de⁹ meus.

Cāti. Esaie 38. b. Ego dixi i dimidio dierum meoꝝ: vadā ad portas inferi.

Quesiui residuū annoꝝ meoꝝ: dixi nō videbo dn̄z deum in terra viuentiū.

Nō aspiciā hoiez vltra: ꝛ habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est ꝛ ꝯuoluta ē a me: quasi tabernaculū pastorū.

Precisa est velut a texēte vita mea: dum adhuc ordirer succidit me.

De mane vsq₃ ad vesperam finies me: sperabaz vsq₃ ad mane q̄si leo sic contriuit oīa ossa mea.

De mane vsq₃ ad vespā finies me: sicut pull⁹ hyrūdinis sic clamabo / meditabor vt columba.

Attenuati sūt ocl'i mei: suspicientes in excelso.

Dn̄e vi patior respōde p me qd dicā aut qd respōdebit michi cū ip̄e feceri.

Recogitabo tibi oēs annos meos: in amaritudine anime mee.

Dn̄e si sic viuitur ꝛ in talibus vita spūs mei corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu aūt eruisti aīaz meā vt nō periret: ꝓiecisti post tergū tuū oīa pctā mea.

Qr nō infern⁹ ꝯfitebit tibi neq₃ mors laudabit te: non expectabūt q̄ descendūt in lacū veritatē tuā.

Viuēs viuēs ip̄e ꝯfitebit tibi sicut ꝛ ego hodie pr̄ filijs: notā faciet vitatē tuā.

Dn̄e saluū me fac: ꝛ psalmos nr̄os cātabim⁹ cūctis dieb⁹ vite nr̄e i domo dn̄i. Glia. ā. Cūctis dieb⁹ vite nr̄e saluos fac nos dn̄e ān. In excelsis laudate deū ꝑ. Laud. cp̄ Uigilate ℞. Dn̄e ne in ira. vsq₃ ad xl. qn̄ de iii. fer. agit dicitur ad laudes seq̄ns hy⁹

Ales diei nūci⁹ / lucē ꝓpinquā pcinit: nos excitator mētiū / iam xp̄s ad vitaz vocat. Auferte clamat lectulos egros sopore desides: castiq₃ recti ac sobrij vigilate iaz sum ꝓximus. Iesū ciam⁹ vocib⁹ flētes precantes sobrie: intenta supplicatio dormire cor mūdū vetat Tu xp̄e somnum discute tu rūpe noctis vincula: tu

solue peccatū vetus nouūq lumen ingere. Deo pri. v. In matutinis. cp. Uigilate. Per estatē hy⁹ Ecce iā no. x. In matutinis. ā. Erexit dñs nobis cornu salutis i domo dd pueri sui. p̄Bñ⁹. p̄ces vtī in. ij. fe. or. vt decet. Cetera vts. ¶ Fer. iiij. Inuitat. In manu tua dñe. Oēs fines tre. p̄Uen Dñe ne i ira. vsq ad. xl. q̄n de. iiij fe. agr dr ad ma. seq. hy⁹

Rerū creator optime rectorq noster aspice nos a q̄ete noxia/mersos sopore libera.

Te xpe sancte poscim⁹/ ignosce tu criminib⁹: ad cōfitēdum surgim⁹/ morasq noctis rumpimus.

Mētes manusq tollim⁹ pphēta sicut nouim⁹: nobis gerēdū precepit/paulusq gestis censuit.

Uides malū qd gessim⁹ occulta nr̄a pādim⁹: p̄ces gemētes fundim⁹/dimitte qd peccauim⁹. Ora. p estatē. hy⁹. Nocte sur. p̄.

Dixit isipiēs i corde suo: nō est deus Corrupti sūt z abominabiles fcti sunt in iniquitatib⁹: non est qui faciat bonum.

Deus de celo pspexit super filios ho iz: vt videat siest intelligēs aut requirens deum.

Omnes declinauerūt simul iutiles facti sunt: nō est qui faciat bonum nō est vsq ad vnum.

Nōne sciēt oēs q̄ operātur iniq̄tatē: qui deuorāt plebē meā vt cibū panis

Deum nō inuocauerūt: illic trepidauerūt timore vbi non fuit timor.

Qm̄ de⁹ dissipauit ossa eor q̄ hoib⁹ placēt/ cfusi sunt qm̄ de⁹ spreuit eos.

Quis dabit ex siō salutare isrl' cū cōuerterit dñs captiuitatē plebis sue: exultabit iacob z letabit israel. Non dr ad noct iste ps. liij Deus in noie. ps.

Exaudi de⁹ orationē meam: z ne despexeris deprecationē meā/ intende michi z audi me.

Contristat⁹ sum in exercitatione mea: z cōturbatus sum a voce iimici z a tribulatione peccatoris.

Quoniam declinauerūt in me iniquitates: z i ira molesti erant michi.

Cor meū cōturbatū est

in me: ꝛ formido mortis cecidit super me.
Timor et tremor venerunt super me: ꝛ cõtexerunt me tenebre.
Et dixi q̃s dabit michi pennas sicut colũbe: ꝛ volabo ꝛ requiescam.
Ecce elongaui fugiẽs: ꝛ mansi in solitudine.
Expectabã eũ q̃ saluuz me fecit: a pusillanimitate spiritus ꝛ tempestate.
Precipita dñe ꝛ diuide linguas eoꝝ: q̃m vidi iniq̃tatẽ et ꝯdictionẽ in ciuitate.
Die ac nocte circũdabit eam sup̱ muros eius iniquitas: ꝛ labor in medio eius ꝛ iniustitia.
Et nõ defecit de plateis eius: vsura ꝛ dolus.
Quoniã si inimicus meus maledixisset michi: sustinuissem vtiq̃.
Et si is q̃ oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.
Tu vero hõ vnanimis: dux meus ꝛ notus meꝰ.
Qui sil' mecũ dulces capiebas cibos: i domo dei ambulauimꝰ cũ cõsensu.
Ueniat mors sup̱ illos: et descendant in infernũ viuentes.
Quoniã neq̃tie in habitaculis eorũ: in medio eorũ.
Ego aũt ad dñm clamaui: ꝛ dñs saluauit me.
Uespere mane ꝛ meridie narrabo ꝛ annũciabo: et exaudiet vocem meam.
Redimet in pace aĩam meã ab his qui appropinquãt michi: quoniã inter multos erant mecum.
Exaudiet deꝰ ꝛ humiliabit illos: q̃ est ante secula
Nõ eñ est illis ꝯmutatio ꝛ nõ timuerũt deũ: extẽdit manũ suã in retribuẽdo
Contaminauerũt testamentũ eius: diuisi sũt ab ira vultus eiꝰ ꝛ appropinquauit cor illius.
Molliti sũt ſmones eiꝰ sup̱ oleũ: ꝛ ip̄i sũt iacula.
Iacta sup̱ dominum curam tuã ꝛ ip̄e te enutriet ꝛ nõ dabit i eternum fluctuationem iusto.
Tu vo deꝰ deduces eos in puteum interitus.
Uiri sãguinũ ꝛ dolosi nõ dimidiabunt dies suos: ego aũt sp̱abo in te dñe.
Gl'ia. ã. Auertet dñs captiuitatẽ plebis sue. ps.
Miserere mei deꝰ quoniam ꝯculcauit me hõ: tota die impugnans tribulauit me. 56

Conculcauerũt me inimici mei tota die: quoniã multi bellãtes aduersum me
Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo.
In deo laudabo sermões meos in deo speraui/nõ timebo qđ faciat mihi caro
Tota die verba mea execrabãtur: aduersũ me oẽs cogitatiões eorum in malũ.
Inhabitabũt et abscondent: ipsi calcaneũ meũ obseruabunt.
Sicut sustinuerũt aĩam meam pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.
Deus vitam meã annũciaui tibi: posuisti lachrymas meas i cõspectu tuo
Sicut et i promissiõe tua: tunc conuertentur inimici mei retrorsum.
In quacũq; die inuocauero te: ecce cognoui quoniam deus meus es.
In deo laudabo verbũ: in dño laudabo sermonẽ in deo speraui non timebo quid faciat michi homo.
In me sũt de⁹ vota tua: q̃ reddã laudatiões tibi.
Quoniam eripuisti aĩam meã de morte et pedes meos de lapsu: vt placeã coraz deo i lumine viuẽtiũ.

561

Miserere mei de⁹ miserere mei: quoniaz in te confidit aĩa mea.
Et in vmbra alarũ tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.
Clamabo ad deũ altissimũ: deũ q̃ bñfecit michi.
Misit de celo et liberauit me: dedit i opprobriũ cõculcantes me.
Misit de⁹ miam suã et veritatẽ suã: et eripuit aĩaz meã đ medio catulorum leonũ: dormiui cõturbatus
Filii hoĩm dẽtes eorum arma et sagitte: et lingua eorum gladius acutus.
Exaltare sup celos de⁹: et in oẽm terrã glĩa tua.
Laqueũ parauerũt pedibus meis: et incuruauerunt animam meam.
Foderũt añ faciẽ meã foueã: et inciderũt in eã.
Paratũ cor meũ de⁹ paratũ cor meũ: cantabo et psalmum dicam dño.
Exurge glĩa mea exurge psalterium et cithara: exurgam diluculo.
Cõfitebor tibi in populis dñe: et psalmũ dicam tibi in gentibus.
Quoniam magnificata ẽ vsq; ad celos mia tua: et vsq; ad nubes veritas tua.

Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua
Gloria patri. Antiphona. In te confidit anima mea. Psalmus.
57. SI vere vtique iustitiam loquimini: recte iudicate filii hominum.
Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias enim manus vestre concinnant.
Alienati sunt peccatores a vulua: errauerunt ab vtero locuti sunt falsa.
Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surde et obturantis aures suas.
Que non exaudiet vocem incantantium: et venefici incantantis sapienter.
Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet dominus.
Ad nichilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.
Sicut cera que fluit auferentur: supercecidit ignis et non viderunt solem.
Priusquam intelligerent spine vestre rhamnum sicut viuentes: sic in ira absorbet eos
Letabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
Et dicet homo si vtique est fructus iusto: vtique est deus iudicans eos in terra. Psalmus.
58. ERipe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem: et de viris sanguinum salua me.
Quia ecce ceperunt animam meam irruerunt in me fortes
Neque iniquitas mea neque peccatum meum domine: sine iniquitate cucurri et direxi.
Exurge in occursum meum et vide: et tu domine deus virtutum deus israel.
Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem
Conuertentur ad vesperam et famem patientur vt canes: et circuibunt ciuitatem.
Ecce loquentur in ore suo et gladius in labiis eorum: quoniam quis audiuit.
Et tu domine deridebis eos: et ad nihilum deduces omnes gentes.
59. Fortitudinem meam ad te custodiam quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia eius preueniet me.
Deus ostendit michi super inimicos meos: ne occidas eos nequando obliuiscantur populi mei.

Disperge illos i virtute tua: et depone eos protector meus domine.
Delictū oris eorū sermone labiorū ipsorū: et cōprehendantur in superbia sua.
Et de execratiōe et mendacio: annūciabuntur in consummatione.
In ira cōsūmatiōis et nō erūt: et sciēt qr deus dn̄abitur iacob et finiū terre.
Cōuertent ad vesperā et famē patiētur vt canes: et circuibunt ciuitatem.
Ipsi dispgent ad mādu candū: si vero non fuerint saturati et murmurabūt
Ego aūt cātabo fortitu dinē tuā: et exaltabo mane misericordiam tuam.
Quia fact9 es susceptor me9 et refugiū meū: i die tribulationis mee.
Adiutor meus tibi psallam: qr de9 susceptor me9 es/deus me9 mia mea.
Gl'ia patri. An. Juste iudicate filii hominū. ps.
DEus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misert9 es nob.
Cōmouisti terrā et cōturbasti eā: sana cōtritiones eius quia commota est.
Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.
Dedisti metuentibus te significationē: vt fugiāt a facie arcus.
Ut liberentur dilecti tui saluum fac dextera tua et exaudi me.
Deus locut9 est in sancto suo: letabor et ptibor sichimam et conuallē tabernaculorum metibor.
Meus est galaad et me9 est manasses: et effraim fortitudo capitis mei.
Iuda rex me9: moab olla spei mee.
In idumeā extendā calciamētū meū: michi alienigene subditi sunt.
Quis deducet me i ciuitatē munitā: quis deducet me vsq3 in idumeam?
Nōne tu de9 q̄ repulisti nos: et nō egredieris de9 in virtutibus nostris.
Da nob auxiliū d' tribulatiōe: qr vana sal9 hois
In deo faciem9 virtutē: et ipse ad nichilū deducet tribulātes nos. psalm9.
EXaudi de9 deprecationem meam: intende orationi mee.
A finib9 terre ad te clamaui duz anxiaretur cor meū: i petra exaltasti me
Deduxisti me qr factus

es spes mea: turris forti
tudinis a facie inimici.
Inhabitabo i taberna-
culo tuo i scl'a: ꝓtegar in
velamento alarū tuarū.
Quoniā tu deus meus
exaudisti orationē meā:
dedisti hereditatē timēti
bus nomen tuum.
Dies sup dies regis adij
cies: annos ei⁹ vsq; i diē
generatiōis ꝛ gñationis
Permanet i eternū i cō
spectu dei: miam ꝛ vita-
tem eius quis requiret?
Sic psalmuz dicam noi
tuo i seculū seculi: vt red
dā vota mea de die i diē.
Gloria. Da nobis dñe
auxiliū de tribulatiōe. ps.
61. Nonne deo subiecta
erit aīa mea: ab ip
so enim salutare meū:
Nā ꝛ ipe de⁹ me⁹: ꝛ salu
taris me⁹: susceptor me⁹
non mouebor amplius.
Quousq; irruitis i homi-
nem: interficitis vniuersi
vos tāq; parieti inclina-
to ꝛ macerie depulse?
Uerumtamen precium
meū cogitauerūt repelle
re: cucurri in siti ore suo
benedicebāt ꝛ corde suo
maledicebant.
Uerūtamē deo subiecta
esto aīa mea: qm̄ ab ipso
patientia mea.
Quia ipse de⁹ me⁹ ꝛ sal-
uator meus: adiutor me⁹
non emigrabo.
In deo salutare meuz ꝛ
gl'ia mea: de⁹ auxilij mei
ꝛ spes mea in deo est.
Sperate in eo ois cōgre
gatio populi: effūdite co
ram illo corda vr̄a: deus
adiutor noster i eternū.
Uerūtamē vani filij ho-
minū mēdaces filij hoim
in stateris: vt decipiāt ip
si de vanitate in idipsum
Nolite spare in iniqui-
tate/ ꝛ rapinas nolite cō
cupiscere: diuitie si afflu-
ant nolite cor apponere.
Semel locut⁹ est de⁹ duo
hec audiui/ qr ptās dei ē
ꝛ tibi dñe mīa: qa tu red-
des vnicuiq; iuxta opa
sua. Nō dicat ad no. seq.
ps. lxij. De⁹ de⁹ meus. ps.
Exaudi deus oratio- 63.
nem meā cum depre
cor: a timore inimici eri-
pe animā meam.
Protexisti me a cōuētu
malignātiū: a multitudīe
operantium iniquitatē.
Qui exacuerūt vt gladiū
liguas suas/ intēderūt ar
cū rem amaram: vt sagit
tēt i occultis imaculatū.
Subito sagittabūt eū et

nō timebūt: firmauerūt sibi sermonem neq̄.
Narrauerunt vt abscōderent laqueos: dixerūt quis videbit eos?
Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutātes scrutinio.
Accedet homo ad cor altum: ꝛ exaltabitur deus.
Sagitte puulorū fcte sūt plage eorū: ꝛ īfirmate sūt cōtra eos lingue eorum.
Conturbati sunt oēs q̄ videbant eos: ꝛ timuit omnis homo.
Et annunciauerūt opera dei: ꝛ facta eius intellexerunt.
Letabitur iustus i dn̄o ꝛ sperabit in eo: ꝛ laudabuntur oēs recti corde.
Gl'ia. Añ. A timore inimici eripe dn̄e animam meam
Non dr̄ ad noc. iste. ps.
64. Te decet hymnꝰ deꝰ in sion: ꝛ tibi reddetur votum in hierusalē.
Exaudi deꝰ orōnē meā: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorū p̄ualuerūt sup nos: ꝛ impietatibus nr̄is tu ꝓpiciaberis
Beatus quem elegisti ꝛ assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur i bonis domus tue: sctm̄ est templū tuū mirabile in equitate.
Exaudi nos deꝰ salutaris nr̄: spes oīm finiū terre ꝛ in mari longe.
Preparās mōtes in virtute tua accinctꝰ potētia: q̄ cōturbas ꝓfundū maris sonum fluctuū eius.
Turbabuntur gentes ꝛ timebunt qui habitāt terminos a signis tuis: exitus matutini et vespere delectabis.
Uisitasti terrā ꝛ inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.
Flumen dei repletū est aquis: parasti cibū illorū: qm̄ ita est preparatio eiꝰ
Riuos eius inebrians multiplica genimina eiꝰ: in stillicidiis eius letabitur germinans.
Benedices corone anni benignitatis tue: ꝛ cāpi tui replebuntur vbertate.
Pinguescēt speciosa deserti: ꝛ exultatione colles accingentur.
Induti sūt arietes ouiū ꝛ valles abundabūt frumento: clamabūt etenim hymnum dicēt. Psalmꝰ.
Iubilate deo oīs terra / psalmū dicite noī eiꝰ: date gloriā laudi eius. 65.

Dicite deo q̃ terribilia sũt opa tua dñe: in multitudine virtutis tue mentiẽtur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te ⁊ psallat tibi: psalmũ dicat nomini tuo.
Venite ⁊ videte opa dei: terribilis ĩ cõsilijs super filios hominum.
Qui ↄuertit mare in aridã ĩ flumĩe ptrãsibũt pede: ibi letabimur in ipso.
Qui dñaẗ ĩ vtute sua in eternũ ocl'i ei⁹ sup gẽtes respiciũt: q̃ exasperãt nõ exaltẽtur in semetipsis.
Benedicite gentes deũ nostrũ: et auditam facite vocem laudis eius.
Qui posuit aiaʒ meã ad vitã: ⁊ nõ dedit in cõmotionem pedes meos.
Qm̃ probasti nos deus igne nos examinasti: sicut examinatur argẽtũ.
Induxisti nos ĩ laqueũ posuisti tribulationes in dorso nr̃o: imposuisti homines sup capita nostra
Transiuim⁹ per ignẽ et aquaʒ: ⁊ eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domũ tuaʒ in olocaustis: reddã tibi vota mea q̃ distinxerunt labia mea.
Et locutũ est os meuʒ: in tribulatione mea.
Olocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hyrcis.
Venite audite ⁊ narrabo oẽs q̃ timetis deuʒ: q̃ta fecit anime mee.
Ad ipsum ore meo clamaui: ⁊ exultaui sub lingua mea.
Iniq̃tatẽ si aspexi ĩ corde meo: nõ exaudiet dñs
Propt'ea exaudiuit de⁹: ⁊ attẽdit voci deprecationis mee.
Bñdictus de⁹ q̃ nõ amouit deprecationẽ meaʒ: ⁊ miaʒ suã a me. Nõ n. ad no. ... De⁹ misẽat. ps.
Exurgat deus ⁊ dissipentur inimici eius: ⁊ fugiant qui oderũt eũ a facie eius. 67
Sicut deficit fum⁹ deficiant / sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie dei.
Et iusti epulent ⁊ exultent in cõspectu dei: ⁊ delectentur in leticia.
Cantate deo psalmũ dicite noĩ ei⁹ iter facite ei⁹: qui ascendit super occasum / dñs nomen illi.
Exultate in conspectu

eius turbabũtur a facie
eius patris orphanorũ:
et iudicis viduarũ.
Deus ĩ loco sancto suo:
de9 qui inhabitare facit
vnius moris in domo.
Qui educit victos ĩ for
titudine: similiter eos q̃
exasperant qui habitant
in sepulchris.
Deus cũ egredereris in
cõspectu populi tui: cum
pertransires in deserto.
Terra mota est eteni ce
li distillauerũt a facie dei
synai: a facie dei israel.
Pluuiam voluntariã se
gregabis de9 hereditati
tue ⁊ infirmata est: tu ve
ro perfecisti eam.
Animalia tua habitabũt
67 in ea: parasti ĩ dulcedine
tua pauperi deus.
Dñs dabit verbũ euãge
lizantib9: virtute multa.
Rex virtutũ dilecti dile
cti: ⁊ speciei domus diui
dere spolia.
Si dormiat ĩt medios
cleros pẽne colũbe dear-
gẽtate: ⁊ posteriora dor-
si eius in pallore auri.
Dũ discernit celestis re
ges super eã niue dealba
buntur in selmon: mons
dei mons pinguis.
Mõs coagulat9 mõs pi
guis: vt q̃d suspicamini
montes coagulatos.
Mõs in quo bñplacitũ
est deo habitare ĩ eo: eteĩ
dñs habitabit in finem.
Currus dei decẽ milib9
multiplex milia letantiũ
dñs ĩ eis in synai in sctõ.
Ascendisti in altũ: cepi-
sti captiuitatẽ: accepisti
dona in hominibus.
Eteni nõ credentes: in-
habitare dominũ deum.
Bñdictus dñs die quoti
die: ꝓsperũ iter faciet no
bis de9 salutariũ nrorũ.
De9 nr de9 saluos faciẽ
di: ⁊ dñi dñi exit9 mortis
Uerũtamen de9 confrin
get capita inimicoꝝ suo-
rũ: verticẽ capilli peram
bulantiũ in delictis suis.
Dixit domin9 ex basan
conuertam: cõuertam in
profundum maris.
Ut intigat pes tu9 ĩ san
guine: lĩgua canũ tuorũ
ex inimicis ab ipso.
Uiderũt ingress9 tuos
de9: ingressus dei mei re-
gis mei qui est in sancto.
Preuenerũt pñcipes cõ
iũcti psallẽtib9: in medio
iuuẽculaꝝ tĩpanistriarũ.
In eccl'ĩs bñdicite deo
dño de fontibus israel.
Ibi beniamin adolescen

tulus: in mentis excessu.
Principes iuda duces eo rũ: principes zabulon et principes neptalim.
Manda de⁹ virtuti tue: cõfirma hoc deus quod operatus es in nobis.
A tẽplo tuo in hierl'm: tibi offerẽt reges munera.
Increpa feras arundinis congregatio thaurorum in vaccis populoꝝ: vt excludãt eos qui probati sunt argento.
Dissipa gẽtes que bella volũt veniẽt legati ex egipto: ethiopia ꝓueniet manus eius deo.
Regna terre cãtate deo: psallite domino.
Psallite deo q̃ ascẽdit super celũ celi: ad orientem
Ecce dabit voci sue vocẽ vtut;: date gl'iam deo super isrl' magnificẽtia ei⁹ ꝛ virtus eius in nubib⁹.
Mirabilis de⁹ i scis suis de⁹ israel ipse dabit virtutem ꝛ fortitudinez plebi sue/benedictus deus.
Gl'ia. a. In eccl'iis bñdicite dño. ℣. De⁹ vitã meã annũciaui tibi. ℟. Posui sti lachrymas meas i cõspectu tuo. Ante laud. ℣ Fiat mia. ¶ In laudi. an Amplius laua me de⁹ ab iniustitia mea. ps. Miserere. a. Te decet hymn⁹ de⁹ in sion. ps. Ipm. an. Labia mea laudabunt te in vita mea deus meus. ps. Deus de⁹ meus. Ca i. ũ.

Exultauit cor meũ in dño: ꝛ exaltatum est cornu meum in deo meo.
Dilatatũ est os meũ super inimicos meos: q2 letata sum in salutari tuo.
Nõ est sctũs vt est dñs neq3 ei est ali⁹ extra te: ꝛ nõ est fortis sicut de⁹ nr.
Nolite multiplicare loq̃ui sublimia: gloriantes.
Recedant vetera de ore vestro: q2 deus scientiarum dñs est/ꝛ ipsi prepa rantur cogitationes.
Arcus fortium superatus est: ꝛ infirmi accincti sunt robore.
Repleti prius pro panibus se locauerũt: ꝛ famelici saturati sunt.
Donec sterilis pepit plurimos: ꝛ q̃ multos habebat filios infirmata est.
Domin⁹ mortificat ꝛ viuificat: deducit ad inferos ꝛ reducit.
Dñs paupem facit ꝛ ditat: humiliat ꝛ subleuat.
Suscitãs de puluere egenũ: ꝛ de stercore erigens

pauperem.
Ut sedeat cũ principib⁹ et solium glorie teneat.
Dñi ei sũt cardines tre et posuit super eos orbẽ.
Pedes sctõrũ suoꝝ servabit et impii in tenebris cõticescent/ qr nõ in fortitudie sua roborabit vir.
Dominum formidabũt aduersarii ei⁹: et super ipsos in celis tonabit.
Dñs iudicabit fines tre et dabit ipeiũ regi suo: et sublimabit cornu xpi sui Glia. ℣. Dñs iudicabit fines tre. ã. Celi celoꝝ laudate deũ. ℟. Laud. d. d ce. cꝑ Uigilate. A Dñe ne in ira. vsqꝫ ad. xl. qñ de. iiij. fe. agr: dr ad lau. seq̃. hy⁹

Nox et tenebre et nubila ꝯfusa mũdi et turbida lux itrat albescit polus xp̃s venit discedite.
Caligo terre scindit percussa solis spiculo: rebusqꝫ iam color redit vultu nitentis sideris.
Te xp̃e solũ nouimus te mẽte pura et simplici: flẽdo canẽdo quesumus intende nostris sensibus.
Sũt mlta fucꝫ illita q̃ luce purget tua tu lux eoi sideris vultu sereno illũina Deo pri. ℣. In matutinis. capꝫ. Uigilate. et c. ꝑ estate hy⁹. Ecce iã. ℣. In matutis. ã. Salutẽ ex inimicis nr̃is: et d manu oim q̃ nos oderũt libera nos dñe. ℟s. Bñ⁹. Preces vt s oꝝ. vt decet. ¶ Fer. v. ad matu. Inuit. Adoremus dñm Q̃m ipse fecit nos. ℟. Ueñ. Pro histor. Dñe ne in ira. A Dñe ne i ira. vsqꝫ ad. xl. qñ d. v. fe. agr dr ad matu. seq̃ns. hy⁹.

Nox atra rerũ ꝯtegit terre colores omniũ nos ꝯfitẽtes poscimus/ te iuste iudex cordium.
Ut auferas piacula/ sordesqꝫ mentis abluas: donesqꝫ christe gratiã vt arceatur crimina.
Mẽs ecce torpet impia/ quã culpa mordet noxia obscura gestit tollere/ et te redemptor querere.
Repelle tu caliginẽ/ intrisecus q̃s maxime: vt in beato gaudeat se collocari lumine. Presta pater.
Per estatem. hy⁹. Nocte surgẽtes. Sup noct. ℟s.

Saluũ me fac 68.
de⁹: quoniã intrauerũt aq̃ vsqꝫ ad aiam meã. Infix⁹ sum

in limo profundi: & nō est substantia.

Veni ī altitudinē mariſ: & tēpestas demersit me.

Laboraui clamās rauce facte sunt fauces mee: defecerūt oculi mei dum spero in deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.

Cōfortati sūt q̄ psecuti sūt me inimici me iniuste: q̄ nō rapui tunc exoluebā.

Deus tu scis insipiētiam meam: & delicta mea a te non sunt abscondita.

Nō erubescāt ī me q̄ expectāt te dn̄e: dn̄e vtutū.

Nō ɔfundātur sup me: qui q̄runt te deus israel.

Quoniā propter te sustinui opprobriuz: operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sūt fratribus meis: & pegrinus filijs matris mee.

Quoniā zelus domus tue comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui ī ieiunio animā meā: & factū est in opprobrium michi.

Et posui vestimentum meū ciliciū: & factus sum illis in parabolam.

Aduersū me loq̄bāt q̄ sedebāt ī porta: & ī me psallebant q̄ bibebāt vinum.

Ego vo orōnē meā ad te dn̄e: tps bn̄placiti deus.

In multitudine misericordie tue exaudi me: in veritate salutis tue.

Eripe me de luto vt nō infigar: libera me ab his qui oderunt me & de profundis aquarum.

Non me demergat tēpestas aq̄: neq3 absorbeat me pfundū / neq3 vrgeat sup me puteus os suum.

Exaudi me dn̄e quoniā benigna est mīa tua: ſm multitudinem miserationum tuaꝝ respice in me.

Et ne auertas faciē tuā a puero tuo: q̄m tribulor velociter exaudi me.

Intende anime mee & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meū & cōfusionem meā: & reuerentiam meam.

In ɔspectu tuo sūt oēs q̄ tribulāt me ip̄roperiū expectauit cor meū & miseriā

Et sustinui q̄ simul ɔtristaretur & nō fuit: & q̄ cōsolaretur & non inueni.

Et dederūt in escā meā fel: & in siti mea potaue-

tuam: cū confusi ꝛ reue-
riti fuerint qui querunt
mala michi. Psalmus.
71. Deus iudiciū tuū re
gi da: et iustitiā tuā
filio regis.
Iudicare populū tuuz
ī iustitia: ꝛ pauperes tu-
os in iudicio.
Suscipiant mōtes pacē
populo: ꝛ colles iustitiā.
Iudicabit paupes po-
puli: et saluos faciet filu-
os pauperū: et humilia-
bit calumniatorem.
Et permanebit cum so-
le ꝛ ante lunā: in genera-
tione ꝛ generationē.
Descēdet sicut pluuia ī
vellus: ꝛ sicut stillicidia
stillantia super terram.
Orietᷓ in dieb⁹ eius iusti
tia ꝛ abundantia pacis:
donec auferatur luna.
Et dñabitᷓ a mari vsqꝫ
ad mare: ꝛ a flumie vsqꝫ
ad termios orbis terraꝝ
Corā illo ꝓcidēt ethio-
pes: ꝛ īimici ei⁹ t̄rā ligēt
Reges tharsis ꝛ insule
mūera offerēt: reges ara
bū ꝛ saba dona adducēt
Et adorabūt eū oēs re
ges: oēs gētes seruiēt ei
Qꝛ liberabit pauperē a
potēte: ꝛ pauperē cui nō
erat adiutor.

Parcet paupi ꝛ īopi: et
aīas paupeꝝ saluas fa-
Ex vsurꝭ ꝛ iniqtate (ciet
rediet aīas eoꝝ: ꝛ hono-
rabile nom̄ eoꝝ corā illo
Et viuet ꝛ dabitᷓ ei de au
ro arabie: ꝛ adorabūt de
ipo sp tota die bn̄dicēt ei
Erit firmamētū ī terra
in summis montiū / sup-
extolletᷓ sup libanū fru-
ctus eius: ꝛ florebunt de
ciuitate sicut fenū terre.
Sit nomē eius bn̄dictū
in secula: ante solem per
manet nomen eius.
Et bn̄dicentᷓ in ipso om
nes tribus terre: oēs gē
tes magnificabūt eum.
Bn̄dictus dn̄s de⁹ isrl̄:
qui facit mirabilia solus.
Et benedictū nomē ma
iestatis eius in eternum
et replebitᷓ maiestate ei⁹
omnis terra fiat fiat.
Glia. An. Esto mihi dn̄e
in deum protectorē. ps.
Quambonus israel 72.
deus: his qui recto
sunt corde.
Mei autē pene moti sūt
pedes: pene effusi sunt
gressus mei.
Qꝛ zelaui sup iniquos:
pacem peccatoꝝ videns
Qꝛ nō est respect⁹ mor
ti eorum: et firmamentū

in plaga eorum.
In labore hominũ non sunt: et cum hoībus non flagellabuntur.
Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniq̃tate et impietate sua.
Prodiit q̃si ex adipe iniquitas eorũ: transierunt in affectum cordis.
Cogitauerunt ⁊ locuti sũt nequitiã: iniquitatẽ in excelso locuti sunt.
Posuerũt in celum os suum: ⁊ lingua eorum transiuit in terra.
Ideo cõuertetur populus meus hic: ⁊ dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerũt quõ scit deus: et si est sciẽtia in excelso.
Ecce ipi pctõres ⁊ abũdãtes in seculo: obtinuerunt diuitias.
Et dixi/ ergo sine causa iustificaui cor meũ: et laui inter inocẽtes manus meas
Et fui flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis.
Si dicebã narrabo sic: ecce nationẽ filiorũ tuorum reprobaui.
Existimabã vt cognoscerẽ: hoc labor ẽ añ me.
Donec intrẽ in sanctuarium dei: ⁊ intelligam in nouissimis eorum.
Uerũtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.
Quomodo facti sunt in desolationẽ subito defecerunt: perierunt ꝓpter iniquitatẽ suam.
Uelut somniũ surgẽtiũ dñe: i ciuitate tua imaginẽ ipsorum ad nichilũ rediges
Quia inflammatũ est cor meũ: ⁊ renes mei cõmutati sũt/ ⁊ ego ad nichilũ redactus sum et nesciui.
Ut iumẽtũ factus sũ apud te: ⁊ ego semper tecum.
Tenuisti manũ dexterã meã: et in voluntate tua deduxisti me/ ⁊ cum gloria suscepisti me.
Quid enim mihi ẽ in celo: et a te q̃d volui sup terrã
Defecit caro mea ⁊ cor meum: deus cordis mei et pars mea deus in eternũ.
Quia ecce q̃ elongant se a te peribũt: pdidisti oẽs qui fornicantur abs te.
Mihi aũt adherere deo bonum est: ponere i dño deo spem meam.
Ut annunciẽ oẽs pdicationes tuas: in portis filie sion. Psalmus. 73

Ut quid deus repulisti in finẽ: iratus est furor

tu⁹ sup oues pascue tue
Memor esto cōgregatio
nis tue: quam possedisti
ab initio.
Redemisti virgā heredi
tatis tue mons sion in q̄
habitasti in eo.
Leua man⁹ tuas i sup
bias eoꝝ i finē: q̄ta mali
gnat⁹ est inimic⁹ in scto
Et gl'iati sunt q̄ oderūt
te: i medio solēnitat tue
Posuerunt signa sua si
gna et nō cognouerunt:
sicut in exitu sup sūmū.
Quasi i sylua lignoꝝ se
curibus exciderūt ianu-
as ei⁹ in idipsum: in secu
ri et ascia deiecerunt eā.
Incenderūt igni sctūa-
rium tuū in terra: pollue
rūt tabnaculū nois tui.
Dixerūt in corde suo co
gnatio eorū simul: quie-
scere faciamus oēs dies
festos dei a terra.
Signa nr̄a nō vidimus
iam nō est pp̄heta: et nos
non cognoscet amplius.
Usqquo de⁹ ipropabit
inimic⁹: irritat aduersa-
rius nomē tuū in finem.
Ut qd auertis faciē tuā
et dexterā tuā: de medio
sinu tuo in finem.
Deus autē rex nr̄ ante
secula: operatus est salu
tem in medio terre.
Tu cōfirmasti in ṽtute
tua mare: ɔtribulasti ca
pita draconum in aquis
Tu confregisti capita
draconis: dedisti eū escā
populis ethiopum.
Tu dirupisti fontes et
torrentes: tu siccasti flu-
uios ethan.
Tuus est dies et tua est
nox: tu fabricatus es au
roram et solem.
Tu fecisti omnes termi
nos terre: estatem et ver
tu plasmasti ea.
Memor esto hui⁹ inimi
cus improperauit dn̄o:
et populus insipiens in-
citauit nomen tuum.
Ne tradas bestijs aīas
cōfitētes tibi: et animas
pauperum tuoꝝ ne obli
uiscaris in finem.
Respice in testamentū
tuum: q2 repleti sūt qui
obscurati sunt terre do-
mibus iniquitatum.
Ne auertat humilis fa
ct⁹ cōfus⁹: paup et inops
laudabunt nomen tuū.
Exurge de⁹ iudica cau
sā tuā: mēor esto ip̄rope-
rioꝝ tuoꝝ/eoꝝ q̄ ab insi-
piente sunt tota die.
Ne obliuiscar voces i
micoꝝ tuoꝝ: supbia eoꝝ

q̄ te oderūt ascēdit sēp.
Glia. an. Liberasti vgā
hereditatis tue. Psalm⁹
74. Confitebimur tibi de
us ꝯfitebimur: ꝛ in-
uocabimus nomen tuū.
Narrabim⁹ mirabilia
tua: cū accepero tēpus/
ego iustitias iudicabo.
Liq̄facta ē terra ꝛ oēs
q̄ habitāt in ea: ego cōfir
maui columnas eius.
Dixi iniquis nolite ini-
que agere: ꝛ deliquētib⁹
nolite exaltare cornu.
Nolite extollere in altū
cornu vr̄m: nolite loqui
aduersus deū iniq̄tatem
Quia neq̄ ab oriēte ne-
q̄ ab occidente neq̄ a de
sertis montibus: quoni
am deus iudex est.
Hūc humiliat ꝛ hūc ex-
altat: q2 calix i manu dn̄i
vini meri plenus mixto.
Et inclinauit ex hoc in
hoc/veruntn̄ fex ei⁹ non
est exinanita: bibent oēs
peccatores terre.
Ego aūt annūciabo in
sclm̄: cantabo deo iacob
Et oia cornua peccato-
rum cōfringā: et exalta-
bunt cornua iusti. ps.
75. Notus in iudea de⁹:
in israel magnū no
men eius.
Et fact⁹ est in pace loc⁹
eius: ꝛ hītatio ei⁹ in sion
Ibi ꝯfregit p̄ tētias: ar
cū scutū gladiū et bellū.
Illuminās tu mirabilit̄
a mōtib⁹ et̄nis: turbati
sūt oēs insipiētes corde
Dormierūt sōnū suū: et
nihil inuenerūt oēs viri
diuitiaꝝ in manib⁹ suis.
Ab increpatione tua de
us iacob: dormitauerūt
qui ascenderunt equos.
Tu terribilis es ꝛ q̄s re
sistet tibi: extunc ira tua
De celo auditum fecisti
iudicium: terra tremuit
et quieuit.
Cū exurgeret i iudicio
deus: vt saluos faceret
omnes mansuetos terre
Qm̄ cogitatio hoīs cōfi
tebit̄ tibi: ꝛ reliq̄e cogita
tionis diē festū agē tibi.
Uouete et reddite dn̄o
deo vr̄o: oēs q̄ in circui-
tu eius affertis munera
Terribili ꝛ ei qui aufert
spm̄ p̄ncipū: t̄ribili apud
reges terre. Glia. ā. In
isrl̄ magnū nomē ei⁹. ps.
Uoce mea ad dn̄z cla 76
maui: voce mea ad
deum ꝛ intendit michi.
In die tribulatiōis mee
deum exquisiui manib⁹
meis: nocte contra eū et

non sum deceptus.
Renuit ꝯsolari aīa mea
memor fui dei et delecta=
tus sū: et exercitat⁹ sum
et defecit spiritus meus.
Anticipauerūt vigilias
oculi mei: turbat⁹ sum ꝛ
non sum locutus.
Cogitaui dies antiq̄s: ꝛ
annos eternos in men=
te habui.
Et meditatus sū nocte
cū corde meo: ꝛ exercita=
bar ꝛ scopebā spm̄ meū.
Nunqd in etnū ꝓijciet
de⁹: aut non apponet vt
complacitior sit adhuc.
Aut in finē miam suam
abscidet: a generatione
in generationem.
Aut obliuiscet̄ misereri
de⁹: aut continebit in ira
sua misericordias suas.
Et dixi nūc cepi: hec mu
tatio dextere excelsi.
Memor fui operum dn̄i
quia memor ero ab ini=
tio mirabiliū tuorum.
Et meditabor in oibus
opib⁹ tuis: ꝛ i adinuētio
nib⁹ tuis exercebor.
Deus in sancto via tua:
quis de⁹ magn⁹ sicut de=
us noster: tu es de⁹ qui
facis mirabilia.
Notā fecisti i pplis vir
tutē tuam: redemisti in
brachio tuo populū tuū
filios iacob ꝛ ioseph.
Viderunt te aque deus
viderūt te aque ꝛ timue=
runt: ꝛ turbate sū abyssi
Multitudo sonit⁹ aqua
rū: vocē dederūt nubes.
Etenim sagitte tue trans
eūt: vox tōitrui tui i rota
Illuxerūt chorusca tio=
nes tue orbi terre: cōmo
ta est ꝛ cōtremuit terra.
In mari via tua: et se=
mite tue i aquis multis:
et vestigia tua non co=
gnoscentur.
Deduxisti sic oues po=
pulum tuū: i manu moi=
si et aaron. Psalmus.
Attēdite popule me 77.
us legem meam: in
clinate aurem vestrā in
verba oris mei.
Aperiam in parabolis
os meū: loquar proposi=
tiones ab initio.
Quanta audiuimus et
cognouimus ea: et pres
nri narrauerunt nobis.
Nō sūt occultata a fili
is eor: i gnatione altera.
Narrantes laudes dn̄i
et virtutes eius: ꝛ mira=
bilia eius que fecit.
Et suscitauit testioniū
i iacob ꝛ legē posuit i isrl'
Quāta mandauit patri

bus nostris:nota facere ea filijs suis / vt cognoscat generatio altera.

Filij q̄ nascent et exurgēt:enarrabūt filijs suis

Ut ponāt i deo spē suā: ꝛ nō obliuiscāt opeꝝ dei et mādata eius exq̄rant

Ne fiāt sicut pr̄es eoꝝ: gn̄atio praua ꝛ exaspās

Generatio q̄ nō direxit cor suū: et nō est credit⁹ cum deo spiritus eius.

Filij effrem intēdētes et mittētes arcū:conuersi sunt in die belli.

Non custodierūt testamentū dei: ꝛ in lege eius noluerunt ambulare.

Et oblit i sūt benefactorum eius:et mirabi lium eius que ostendit eis.

Corā patrib⁹ eoꝝ fecit mirabilia ī terra egypti: in cāpo thaneos.

Interrupit mare ꝛ per duxit eos: ꝛ stat uit aq̄s quasi in vtre.

Et deduxit eos in nube diei:et tota nocte in illuminatione ignis.

Interrupit petrā in eremo: ꝛ adaquauit eos velut in abysso multa.

Et eduxit aquam de petra: et deduxit tanq̄ flumina aquas.

Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram concitauerūt excelsū in inaq̄so

Et tentauerūt deum in cordib⁹ suis : vt peterēt escas animabus suis.

Et male locuti sunt de deo:dixerunt nunq̄d poterit deus parare mensam in deserto.

Qui percussit petram ꝛ fluxerūt aque: ꝛ torrentes inundauerunt.

Nunquid et panē poterit dare: aut parare mensam populo suo.

Ideo audiuit dn̄s ꝛ distulit:ꝛ ignis accēs⁹ ē ī iacob: ꝛ ira ascēdit in isrl̄.

Quia nō crediderūt in deo : nec sperauerunt in salutari eius.

Et mādauit nubib⁹ desup:ꝛ ianuas celi apuit.

Et pluit illis māna ad māducandum:ꝛ panem celi dedit eis.

Panem angeloꝝ ū manducauit hō : cibaria misit eis in abundantiā.

Transtulit austrum de celo:ꝛ induxit in virtute sua affricum.

Et pluit sup eos sicut puluerē carnes : et sicut arenam maris volatilia pennata.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum.
Et mãducauerũt et satu rati sũt nimis / et deside riũ eorũ attulit eis: nõ sũt fraudati a desiderio suo
Adhuc esce eorum erãt in ore ipsorum: et ira dei ascendit super eos.
Et occidit pigues eorũ: et electos israel ĩpediuit
In oĩbus his peccauerũt adhuc: et nõ crediderunt in mirabilibus eius.
Et defecerũt in vanitate dies eorum: et anni eo rum cũ festinatione.
Cũ occidẽret eos q̃rebãt eũ et reuertebant: et dilu culo veniebant ad eum.
Et rememorati sũt qr deus adiutor ẽ eorũ: et deus excel sus redẽptor eorum est.
Et dilexerũt eũ ĩ ore suo: et lĩgua sua mẽtiti sũt ei
Cor aũt eorũ nõ erat re ctũ cũ eo: nec fideles ha biti sunt ĩ testamẽto eius.
Ipse aũt est mĩsicors et propitius fiet pctis eo rum: et non disperdet eos.
Et abũdauit vt auerte ret iram suã: et non accẽ dit omnem iram suam.
Et recordatus est qr ca ro sunt: spiritus vadẽs et non rediens.
Quotiẽs exacerbauerũt eũ in deserto: in irã cõcita uerunt eũ in inaquoso.
Et conuersi sunt et tẽta uerũt deum: et sctm̃ isra el exacerbauerunt.
Nõ sunt recordati ma nus eius: die q̃ redemit eos de manu tribulantis.
Sicut posuit ĩ egypto si gna sua: et prodigia sua in campo thaneos.
Et cõuertit in sanguinẽ flumĩa eorũ: et hymbres eorum ne biberent.
Misit in eos cinomiã et comedit eos: et ranã et di sperdidit eos.
Et dedit erugĩ fructus eo rũ: et labores eorũ locuste
Et occidit in grandine vineas eorũ: et moros eo rum in pruina.
Et tradidit grãdini iu mẽta eorum: et possessio nem eorum igni.
Misit ĩ eos irã indigna tionis sue ĩdignationẽ et irã et tribulationẽ: ĩmis siones per angelos malos
Uiã fecit semite ire sue: et nõ pepcit a morte ani mas eorũ: et iumẽta eorũ in morte conclusit.
Et percussit omne primo genitũ in terra egypti: pri

mitias oīs laboris eorū in tabernaculis cham.
E t abstulit sicut oues pplm suū: et pduxit eos tanq̄ gregem in deserto.
E t eduxit eos in spe et non timuerunt: ⁊ inimicos eorꝝ operuit mare.
E t eduxit eos ī mōtē sā ctificatiōis sue: montem quē acq̄siuit dextera ei⁹.
E t eiecit a facie eorum gētes et sorte diuisit eis terram: in funiculo distributionis.
E t hītare fecit in tabernaculis eorꝝ: trib⁹ israel.
E t tētauerūt ⁊ exacerba uerūt deū excelsū: ⁊ testimonia ei⁹ nō custodierūt.
E t auerterūt se ⁊ nō seruauerūt pactum: quēad modū patres eorꝝ cōuersi sunt in arcum prauū.
I n iram concitauerūt eum in collib⁹ suis: et in sculptilib⁹ suis ad emulationē eū ꝓuocauerūt.
A udiuit deus ⁊ spreuit et ad nichilū redegit valde israel.
E t repulit tabernaculū sylo: tabernaculū suum vbi habitauit in hoībus
E t tradidit ī captiuitatē vtutē eorꝝ: ⁊ pl'chritudinē eorꝝ ī man⁹ inimici.
E t conclusit in gladio populum suum: et hereditatē suam spreuit.
I uuenes eorū comedit ignis: ⁊ virgines eorum non sunt lamentate.
S acerdotes eorꝝ in gladio ceciderūt: ⁊ vidue eorum non plorabantur.
E t excitat⁹ est tanq̄ dormiens dn̄s: tanq̄ potēs crapulatus a vino.
E t pcussit inimicos suos in posteriora: opprobriū sēpiternū dedit illis.
E t repulit tabernaculū ioseph: ⁊ tribum effraim non elegit.
S ed elegit tribū iuda: montē syon quem dilexit
E t edificauit sicut vnicornis sctificiū suū: in terra quā fundauit in secula.
E t elegit dauid seruuz suum: et sustulit eum de gregibus ouium: de post fetantes accepit eum.
P ascere iacob suū suū et israel hereditatē suā.
E t pauit eos in innocētia cordis sui: ⁊ ī intellectib⁹ manuū suarꝝ deduxit eos. G l'ia. Añ. Tu es de⁹ q̄ facis mirabilia. ps 78
D Eus venerūt gētes in hereditatē tuam polluerūt tēplū sanctuz

tuũ: posuerunt hierusa-
lem in pomorum custodiã.
Posuerunt morticina
seruorum tuorum escas vola-
tilibus celi: carnes san-
ctorum tuorum bestiis terre.
Effuderũt sanguinem
eorum tanquam aquã in cir-
cuitu hierusalem: et non
erat qui sepeliret.
Facti sumus opprobri
um vicinis nostris: sub-
sannatio et illusio his qui
in circuitu nostro sunt.
Usquequo dñe irasceris i
finem: accendetur velut
ignis zelus tuus.
Effunde iram tuam in
gentes que te non noue-
runt: et in regna que no-
mẽ tuũ nõ inuocauerũt.
Quia comederũt iacob:
et locũ eius desolauerũt
Ne memineris iniqtatũ
nostrarum antiquarum: cito antici-
pẽt nos mĩe tue: quia pau-
peres facti sumus nimis.
Adiuua nos deus salu-
taris nr̃: et propter gl'iam
nois tui dñe libera nos/
et propitius esto pctis no
stris propter nomẽ tuum.
Ne forte dicant in gẽti-
bus vbi est deus eorũ: et
innotescat i nationibus
corã oculis nostris.
Ultio sanguinis seruorum
tuorum qui effusus est: in-
troeat in cõspetu tuo ge-
mitus compeditorum.
Secundum magnitudi-
nem brachii tui: posside
filios mortificatorum.
Et redde vicinis nr̃is se
ptuplũ in sinu eorum: ipro-
perium ipsorũ quod ex-
probrauerũt tibi dñe.
Nos autẽ populus tuus
et oues pascue tue: confi
tebimur tibi in seculum.
In generatione et gene-
rationẽ: annũciabimus
laudem tuam. Psalmus 79.
Qui regis israel intẽ
de: qui deducis ve-
lut ouem ioseph.
Qui sedes super cheru-
bin: manifestare corã ef-
fraim bẽiamin et manasse
Excita potẽtiã tuã et ve
ni: vt saluos facias nos.
Deus conuerte nos: et ostẽde
faciẽ tuã et salui erimus
Dñe deus virtutũ quo-
usque irasceris super ora-
tionem serui tui.
Cibabis nos pãe lachry
marum: et potũ dabis nobis
in lachrymis in mẽsura.
Posuisti nos in contradi-
ctionẽ vicis nr̃is: et inimi
ci nr̃i subsãnauerũt nos
Deus virtutũ converte
nos: et ostende faciẽ tuã

et salui erimus.
V ineā de egypto trāstu
listi: eiecisti gentes ꝛ plā
tasti eam.
D ux itineris fuisti i cō-
spectu eius: ꝛ plātasti ra
dices ei⁹ ꝛ ipleuit terrā.
O puit mōtes vmbra ei⁹
et arbusta ei⁹ cedros dei
E xtēdit palmites suos
vsq; ad mare: et vsq; ad
flumē propagines eius.
V t qd destruxisti mace
riā ei⁹: ꝛ vindemiāt eam
oēs q̄ pretergrediunt viā.
E xterminauit eā aper
de sylua: ꝛ singularis fe-
rus depastus est eam.
D eus virtutū cōuerte-
re/respice de celo: ꝛ vide
et visita vineam istā.
E t perfice eā quā plāta
uit dextra tua: ꝛ sup filiū
hois quē cōfirmasti tibi
I ncensa igni ꝛ suffossa
ab increpatione vultus
tui peribunt.
F iat man⁹ tua sup virū
dextere tue: ꝛ super filiū
hois quē ꝯfirmasti tibi.
E t nō discedim⁹ a te vi
uificabis nos: et nomen
tuum inuocabimus.
D ñe de⁹ virtutū cōuer-
te nos: et oñde faciē tuā
et salui erim⁹. Gl'ia. Añ.
Propiti⁹ esto pctis nr̄is
dñe. ℣. Gaudebūt labia
mea dum cātauero tibi.
℞. Et aia mea quā rede
misti. Añ t'. ℣. Fiat mia.
¶ In lau. Añ. Tibi soli pec
caui dñe misere mei. Ps.
Misere mei de⁹. Psalm⁹
D Omine refugiū fa-
ctus es nobis: a ge-
neratione in gñationem
P riusq̄ mōtes fierent
aut formaret terra ꝛ or-
bis: a seculo ꝛ vsq; in se-
culum tu es deus.
N e auertas hominē in
humilitatē: et dixisti con
uertimini filij hominum
Q m mille anni añ ocu-
los tuos: tanq̄ dies he-
sterna que preterijt.
E t custodia in nocte: q̄
pro nichilo habentur eo
rum anni erunt.
M ane sicut herba trāsi
eat/ mane floreat ꝛ trāsi
eat: vespere decidat/ in-
duret ꝛ arescat.
Q r defecim⁹ i ira tua: ꝛ i
furore tuo turbati sum⁹
P osuisti iniq̄tates nr̄as
in ꝯspectu tuo: scl'm nr̄m
in illuminatiōe vult⁹ tui
Q m oēs dies nr̄i defece
rūt: ꝛ in ira tua defecim⁹
A nni nr̄i sic aranea me
ditabunt: dies ānox nr̄o
rū i ipsis septuagita āni

Si autē in potentatib⁹ octoginta anni: ⁊ amplius eorum labor ⁊ dolor
Quoniā superuenit māsuetudo: et corripiemur.
Quis nouit ptātem ire tue: et pre timore tuo irā tuam dinumerare.
Dexteram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia.
Conuertere dñe vsquequo et deprecabilis esto sup seruos tuos.
Repleti sum⁹ mane misericordia tua: ⁊ exultauim⁹ ⁊ delectati sum⁹ in omnibus dieb⁹ nostris.
Letati sum⁹ pro dieb⁹ quib⁹ nos humiliasti: annis qbus vidimus mala
Respice in seruos tuos et in opera tua: et dirige filios eorum.
Et sit splendor dñi dei nři sup nos/ ⁊ opera manuū nostrarū dirige sup nos: et op⁹ manuū nřaꝝ dirige. Glo'a. Aña. Dñe refugiū fact⁹ es nobis. Aña. In matutinis dñe meditabor in te. Ps. De⁹ de⁹. Cāticu.
Cantemus dño glo= riose enim honorificatus est: equum ⁊ ascensorem proiecit in mare.
Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: et fact⁹ est michi in salutem.
Iste deus meus et glorificabo eum: deus pris mei ⁊ exaltabo eum.
Dñs quasi vir pugnator oīpotēs nomen eius currꝰ pharaonis ⁊ exercitū ei⁹ proiecit in mare
Electi pncipes ei⁹ submersi sunt ĩ mari rubro: abissi operuerūt eos/ descenderunt in profundū quasi lapis.
Dextera tua dñe magnificata est in fortitudine/ dextera tua dñe percussit inimicū: ⁊ in multitudine glřie tue deposuisti aduersarios meos.
Misisti irā tuam que deuorauit eos sicut stipulam: ⁊ in spū furoris tui congregate sunt aque.
Stetit vnda fluens: congregate sunt abissi in medio mari.
Dixit inimic⁹ psequar/ et ꝯprehēdā: diuidā spolia et implebit aīa mea.
Euaginabo gladiū meum: et interficiet eos manus mea.
Flauit spūs tu⁹ ⁊ operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis silis tui in fortib⁹ domine/ quis similis tui magnific⁹ in sanctitate: terribilis atq laudabilis ꝛ faciēs mirabilia.
Extēdisti manū tuam: et deuorauit eos terra.
Dux fuisti i mia tua: populo quem redemisti.
Et portasti eum in fortitudine tua: ad habitaculum sanctum tuum.
Ascēderūt ppli et irati sunt: dolores obtinuerūt habitatores philistijm.
Tunc conturbati sunt principes edō/ robustos moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores chanaan.
Irruat super eos formido ꝛ pauor: in magnitudine brachij tui.
Fiant immobiles quasi lapis donec pertrāseat popul⁹ tuus dñe: donec pertrāseat populus tu⁹ iste quē possedisti.
Introduces eos ꝛ plātabis in monte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine.
Sctuariū tuū dñe qđ firmauerūt man⁹ tue: dñs regnabit in eťnū ꝛ vltra
Ingress⁹ est eni eques pharao cum curribus ꝛ equitibus eius in mare: et reduxit super eos dñs aquas maris.
Filij aūt israel ambulauerūt p siccū: i medio ei⁹
Gl'ia. an. In eternū dñs regnabit et vltra. an. In sctis eius laudate deum ps. Laud. Cā. Uigilate.
Il Dñe ne in ira. vsq ad xl. qñ de. v. feria. agit/ dr ad laudes seqns hymn⁹

Lux ecce surgit aurea / pallēs fatiscat cecitas: q̄ nosmet i p̄ceps diu/ errore traxit deuio.
Hec lux serenū ꝯferat/ purosq nos p̄stet sibi: nihil loq̄mur subdolū/ voluamus obscurum nichil
Sic tota decurrat dies/ ne lingua mēdax nec manus ocli nec peccēt lubrici/ nec noxa corp⁹ īq̄net.
Spectator astat desup/ q̄ nos dieb⁹ oib⁹: actusq nostros prospicit/ a luce prima in vesperū. Deo pri. v⁹. In matutis. Per estatē hy⁹. Ecce iā noctis v. In matutinis. an. In sanctitate seruiam⁹ dño: et liberabit nos ab inimicis nostris. ps. Bñdict⁹.
¶ Fer. vi. ad matu. inuit. Dūm qui fecit nos Uenite

te adoremus. ps. Uenite.
Dñe ne in ira. vsq ad
pl. quādo de. vi. fer. agit:
dicit ad matu. seqns hy9
Tu trinitatis vnitas
Orbē potēter q̄ regis
attende laudū cantica: q̄
excubantes psallimus.
Nam lectulo cōsurgim9
noctis quieto tēpore: vt
flagitemus vulnerum / a
te medelam omnium.
Quo fraude quicq̄d de-
monū / in noctibus deliq̄
mus: abstergat illud celi
tus / tue potestas glorie.
Ne corp9 assit sordidū /
nec torpor instet cordiū:
nec criminis cōtagio / te-
pescat ardor spiritus.
Ob hoc redemptor q̄s /
nos reple tuo lumie: per
q̄s dierū circulis / nullis
ruamur actib9. Gl'a pr.
Per estatem hy9. Nocte
surgentes. Psalmus.
Exultate deo
adiutori no
stro: iubila-
te deo iacob
Sumite psal
mū et date
tympanū:
psalterium iocūdū cum
cithara.
Buccinate in neomenia
tuba: in insigni die solen-
nitatis vestre.
Quia p̄ceptū in isrl' est:
et iudiciū deo iacob.
Testimoniū i ioseph po
suit illud cū exiret de ter-
ra egypti: liguam quam
non nouerat audiuit.
Diuertit ab onerib9 dor
sum eius: manus eius in
cophino seruierunt.
In tribulatione inuoca
sti me ꝛ liberaui te: exau-
diui te in abscōdito tēpe
statis / probaui te apud
aquam contradictionis.
Audi ppl's me9 ꝛ ꝯtesta
bor te: isrl' si audieris me
nō erit in te de9 recēs: ne
q̄ adorabis deū alienū.
Ego em̄ sū dn̄s de9 tu9 q̄
eduxi te de t'ra egipti: di-
lata os tuū ꝛ ip̄lebo illō.
Et nō audiuit ppl's me-
us vocē meā: et israel nō
intendit michi.
Et dimisi eos scd'm desi
deria cordis eorum: ibūt
in adinuētionibus suis.
Si popul9 meus audis-
set me: israel si in vijs me
is ambulasset.
Pro nichilo forsitā ini-
micos eoꝝ humiliassem:
et sup tribulātes eos mi
sissem manum meam.
Inimici dn̄i mentiti sūt
ei: et erit tempus eorum

in secula.
Et cibauit illos ex adi=
pe frumenti: et de petra
melle saturauit eos. ps.
81. Deus stetit i sinago
ga deorũ: in medio
autem deos dijudicat.
Usquequo iudicatis iniq
tatem: et facies peccato=
rum sumitis.
Iudicate egeno et pu=
pillo: humilem & paupe=
rem iustificate.
Eripite pauperẽ & ege=
num: de manu peccato=
ris liberate.
Nescierunt neq intelle
rerũt/ in tenebris ambu
lant: mouebuntur oĩa
fundamenta terre.
Ego dixi dij estis: & filij
excelsi omnes.
Uos autẽ sicut homĩes
moriemini: & sicut vnus
de principibus cadetis.
Surge de' iudica terrã:
qm̃ tu hẽditabis in oĩb'
gẽtib'. Gloria. Añ. Exulta
te deo adiutori nr̃o. ps.
82. Deus quis similis erit
tibi: ne taceas neq
compescaris deus.
Quoniã ecce inimici tui
sonuerũt: et qui oderunt
te extulerunt caput.
Sup ppl'z tuũ malignaue=
rũt ɔsiliũ: & cogitauerũt
aduersus sanctos tuos.
Dixerunt venite & disp=
damus eos de gẽte: & nõ
meõret nomẽ isrl' vltra.
Qm̃ cogitauerũt vnani
mit' sil' aduers' te: testm̃
disposuerũt tabernacu=
la idumeorum & hismaelite
Moab et agareni gebal
et amõ & amalech: alieni
gene cũ habitãtib' tyri.
Etenim assur venit cum
illis: facti sunt in adiuto
rium filijs loth.
Fac illis sicut madian
et sisare: sicut iabin i tor
rente cyson.
Disperierunt in endor:
facti sunt vt sterc' terre
Pone principes eorum
sicut oreb et zeb: et zebee
et salmana.
Omẽs pncipes eorum q di
xerunt: hereditate possi
deamus sanctuariũ dei.
Deus meus pone illos
vt rotam: & sicut stipulã
ante faciem venti.
Sicut ignis qui cõburit
syluam: & sicut flãma cõ
burens montes.
Ita psequeris illos in te
pestate tua: et in ira tua
turbabis eos.
Imple facies eorum igno
minia: et querent nomen
tuum domine.

Et rubescant et contur=
bentur in seculum seculi:
et confundantur et pereant.
Et cognoscant qui nomen
tibi deus: tu solus altissimus
in omni terra. Psalmus
83. Quam dilecta taberna
cula tua domine virtutum
concupiscit: et deficit ani=
ma mea in atria domini.
Cor meum et caro mea ex
ultauerunt in deum viuum.
Etenim passer inuenit sibi
domum et turtur nidum sibi:
vbi reponat pullos suos
Altaria tua domine virtutum:
rex meus et deus meus.
Beati qui habitant in
domo tua domine: in secula
seculorum laudabunt te
Beatus vir cuius est au
xilium abs te: ascensiones
in corde suo disposuit in
valle lachrymarum in lo=
co quem posuit.
Etenim benedictionem da=
bit legislator ibunt de vir=
tute in virtutem: videbitur
deus deorum in sion.
Domine deus virtutum exaudi
orationem meam: auribus
percipe deus iacob.
Protector noster aspi=
ce deus: et respice in faci=
em christi tui.
Quia melior est dies vna
in atrijs tuis: super milia.
Elegi abiectus esse in do=
mo dei mei: magis quam ha=
bitare in tabernaculis
peccatorum.
Quia misericordiam et veri
tatem diligit deus: gratiam
et gloriam dabit dominus
Non priuabit bonis eos
qui ambulant in innocentia
domine virtutum: beatus homo qui
sperat in te. Gloria. An. Tu
solus altissimus super om
nem terram. Psalmus.
Benedixisti domine terram 84.
tuam: auertisti capti=
uitatem iacob.
Remisisti iniquitatem plebis
tue: operuisti omnia peccata eorum.
Mitigasti omnem iram tuam:
auertisti ab ira indigna=
tionis tue.
Conuerte nos deus salu
taris noster: et auerte iram
tuam a nobis.
Nunquid in eternum ira=
sceris nobis: aut extendes
iram tuam a generatio=
ne in generationem.
Deus tu conuersus vi=
uificabis nos: et plebs tua
letabitur in te.
Ostende nobis domine mi=
sericordiam tuam: et salu
tare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in
me dominus deus: quoniam loquetur
pacem in plebem suam.

Et sup sctõs suos: et in eos q̃ cõuertũtur ad cor.
Uerũtamẽ ꝓpe timẽtes eũ salutare ipsi⁹: vt inhabitet gloria in terra nr̃a.
Misericordia et veritas obuiauerũt sibi: iusticia ⁊ pax osculate sunt.
Ueritas de t̃ra orta est: ⁊ iusticia de celo ꝓspexit
Etenim dñs dabit benignitatem: ⁊ terra nostra dabit fructum suum.
Iusticia ante eũ ambulabit: ⁊ ponet i via gressus suos. Psalmus.85.
85. Inclina dñe aurẽ tuã ⁊ exaudi me: quoniã inops ⁊ paup sum ego.
Custodi aĩam meã q̃m sanctus sum: saluum fac seruum tuum de⁹ meus sperantem in te.
Miserere mei dñe q̃m ad te clamaui tota die letifica aĩam serui tui: q̃m ad te dñe aĩam meã leuaui.
Quoniã tu dñe suauis ⁊ mitis: ⁊ multe mĩe oĩbus inuocantibus te.
Auribus pcipe dñe orationem meã: intende voci deprecationis mee.
In die tribulatiõis mee clamaui ad te: quia exaudisti me.
Nõ est similis tui i diis dñe: ⁊ nõ est scd̃z opa tua
Oẽs gẽtes quascũq; fecisti venient ⁊ adorabũt corã te domine: ⁊ glorificabunt nomen tuum.
Quoniã magnus es et faciens mirabilia: tu es deus solus.
Deduc me domine i via tua ⁊ ingrediar in veritate tua: letetur cor meũ vt timeat nomen tuum.
Confitebor tibi dñe de⁹ meus in toto corde meo: et glorificabo nomẽ tuũ in eternum.
Qr mĩa tua magna est super me: ⁊ eruisti aĩam meã ex inferno inferiori.
Deus iniqui insurrexerũt sup me et synagoga potentiũ quesierũt aĩam meã: ⁊ non proposuerũt te in conspectu suo.
Et tu dñe de⁹ miserator ⁊ misericors: patiẽs ⁊ multe misericordie et verax.
Respice in me ⁊ miserere mei da imperiũ tuum puero tuo: et saluum fac filium ancille tue.
Fac mecũ signũ in bono vt videant qui oderũt me ⁊ confundant: q̃m tu dñe adiuuisti me ⁊ cõsolat⁹ es me. Gloria. Bñdixisti dñe terrã tuam. ps.

86. FUndamēta ei⁹ i mōtib⁹ sctis: diligit dominꝰ portas syō sup oīa tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sūt de te: ciuitas dei.
Memor ero raab ꝛ babylonis: scientium me.
Ecce alienigene ꝛ tyr⁹ ꝛ populus ethiopū: hi fuerunt illic.
Nūqd syō dicet hō ꝛ hō nat⁹ est in ea: ꝛ ipse fundauit eam altissimus.
Dn̄s narrabit i scptur͡ pploꝝ: ꝛ principū hoꝝ qui fuerunt in ea.
Sicut letātiū omnium: habitacio est in te. ps.
87. DOmine deus salut͡ mee in die clamaui: et nocte coram te.
Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurē tuā ad precem meam.
Q2 repleta est malis anima mea: et vita mea in inferno appropinquauit.
Estimat⁹ sum cū descendentib⁹ in lacū: fact⁹ sum sicut hō sine adiutorio iter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormiētes in sepulchris quoꝝ nō es memor ampli⁹: ꝛ ipi de manu tua repulsi sūt.
Posuerunt me in lacu iferiori: i tenebrosis ꝛ in vmbra mortis.
Super me cōfirmatus est furor tuus: ꝛ omnes fluctus tuos iduxisti super me.
Longe fecisti notos meos a me: posuerūt me abominationem sibi.
Tradit⁹ sum ꝛ nō egrediebar: oculi mei languerunt pre inopia.
Clamaui ad te domine: tota die expādi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt ꝛ confitebūtur tibi.
Nunquid narrabit aliquis in sepulchro miam tuā: ꝛ veritatē tuam in perditionem.
Nunquid cognoscētur i tenebris mirabilia tua: ꝛ iustitia tua i terra obliuionis.
Et ego ad te domine clamaui ꝛ mane oratio mea preueniet te.
Vt quid domine repellis orationem meā: auertis faciem tuam a me.
Pauper sum ego ꝛ in laboribus a iuuētute mea: exaltat⁹ autē humiliat⁹ sum ꝛ conturbatus.

In me transierunt ire tue:et terrores tui cõturbauerunt me.
Circundederunt me sicut aqua tota die circundederunt me simul.
Elongasti a me amicũ & proximũ: & notos meos a miseria. Gloria.ã.
Fundamẽta eius in mõtibus sanctis. psalmus.

88. Misericordias dñi: i eternum cantabo.
In generatione & generationẽ:annunciabo veritatẽ tuam in ore meo.
Quõ dixisti ieternũ mĩa edificabit in celis:ꝑparabitur veritas tua in eis.
Disposui testamẽtũ electis meis:iuraui dauid seruo meo vsqꝫ in eternũ preparabo semen tuum.
Et edificabo in gñatiõe & gñationẽ:sedem tuam.
Cõfitebunt celi mirabilia tua dñe: eteni vitatẽ tuã in ecclesia sanctorũ.
Qm̃ qs in nubib⁹ equabit dño:similis erit domino in filijs dei.
Deus q̃ glorificatur in ꝯsilio sanctoꝝ: magn⁹ & terribilis sup oẽs qui in circuitu eius sunt.
Dñe de⁹ ṽtutũ qs silis tibi: potẽs es dñe & veritas tua in circuitu tuo.
Tu domiaris potestati maris:motũ aũt fluctuũ eius tu mitigas.
Tu humiliasti sicut vulneratũ supbũ: i brachio ṽtutis tue dispersisti inimicos tuos.
Tui sũt celi & tua est terra: orbẽ terrarũ & plenitudinẽ ei⁹ tu fundasti aq̃lonem & mare tu creasti.
Thabor & hermõ i noie tuo exultabũt:tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua:iustitia & iudiciũ ꝑparatio sedis tue.
Mĩa & ṽitas ꝑcedẽt faciem tuã: beatus popul⁹ qui scit iubilationem.
Dñe in lumie vult⁹ tui ãbulabũt & i noie tuo exultabũt tota die: & i iustitia tua exaltabuntur.
Qm̃ gl'ia ṽtutis eoꝝ tu es:& in bñplacito tuo exaltabitur cornu nostrũ.
Quoniã dñi est assũptio nostra:et sancti israel regis nostri.
Tunc locut⁹ es in visiõe sctis tuis:& dixisti posui adiutoriũ i potẽte & exaltaui electũ de plebe mea
Inueni dauid seruũ meũ

oleo sancto meo vnxi eū.
Manꝰ enī mea auxiliabi tur ei: et brachiū meum confirmabit eum.
Ut germẽ aptũ pferẽs/
fuluis decora florib⁹: fe-
cũda fructu sisteret/ pa-
stũq; gratum redderet.
Mentis peruste vulne-
ra/ mũda viroris gratia:
vt facta fletu diluat/ mo-
tusq; prauos atterat.
Iussis tuis obtẽperet/ 12
nullis malis approxi-
met: bonis repleri gaude
at/ ꝛ mortis actũ nesciat
Presta pr̃. ℣⁹. Dirigat.
Per estatẽ hy⁹. Lucis cre
ator. ℣. Dirigat. ã Exul-
tauit sp̃us me⁹ i dño deo
salutari meo. ps. Mag̃t.
Preces. vt s̃. or. vt decz.
¶ Fer. iiij. ad vespe. ps.
Nisi dñs e- 126.
dificauerit
domũ̃ i va-
nũ labora-
uerũt q̃ edi
ficãt eam.
Nisi dñs custodierit ci-
uitatem: frustra vigilat
qui custodit eam.
Uanum est vobis ante 28.
lucẽ surgẽ/ surgite post-
q̃̃ sederitis: qui mãduca
tis panem doloris.
Cum dederit dilectis su
is somnũ: ecce hereditas
domini filij merces fru-

ctus ventris.
Sicut sagitte in manu
potētis: ita filij excussoꝝ.
Beat⁹ vir qui impleuit
desideriū suū ex ipsis:
non cōfundetur cum lo-
quetur inimicis suis in
porta. Gloria patri. An.
Beatus vir qui impleuit
desiderium suum. Ps.
127. Beati omnes q̄ timēt
dominū: qui ambu-
lant in vijs eius.
Labores manuum tua
rum quia manducabis:
beat⁹ es ꝛ bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abū
dās: in laterib⁹ dom⁹ tue.
Filij tui sicut nouelle oli-
uaꝝ: ī circuitu mēse tue.
Ecce sic benedicetur ho
mo: qui timet dominum.
Bñdicat tibi dñs ex siō:
et videas bona hierlm/
omnibus dieb⁹ vite tue.
Et videas filios filioꝝ
tuoꝝ: pacē super isrl'.
Gloria. An. Beati omēs
qui timent dominū. Ps.
128. Sepe expugnauerūt
me a iuuētute mea:
dicat nunc israel.
Sepe expugnauerūt me
a iuuentute mea: etenim
non potuerunt michi.
Supra dorsū meū fabri
cauerūt pctōres: ꝓlōga-
uerunt iniquitatē suam.
Dñs iustus cōcidet cer
uices pctōꝝ: confundā
tur ꝛ ꝯuertant retrorsū
omēs qui oderunt sion.
Fiant sicut fenū tecto-
rum quod priusq̄ euella
tur exaruit.
De quo nō ipleuit ma-
nū suā q̄ metet: et sinum
suū q̄ manipłos colliget
Et nō dixerūt q̄ pteribāt
bñdictio dñi sup vos: be
nediximus vobis in no-
mine dñi. An. Bñdixim⁹
vobis in nomie dñi. Ps.
De profūdis clamaui 129.
ad te dñe: domine
exaudi vocem meam.
Fiant aures tue inten-
dentes: in vocem depre-
cationis mee.
Si iniquitates obserua-
ueris domine: domie q̄s
sustinebit?
Quia apud te ꝓpiciatio
est: et propter legem tuā
sustinui te domine.
Sustinuit anima mea ī
verbo eius: sperauit ani
ma mea in domino.
A custodia matutina vs
q̄ ad noctem: speret isra
el in domino.
Quia apud dominū mi-
sericordia: ꝛ copiosa apud
eum redemptio.

Et ip̄e redimet israel: ex
ōibus iniquitatib⁹ eius.
an. De profundis clama
ui ad te domine. Psalm⁹

130. Domine nō est exalta-
tum cor meum: neq̄
elati sunt oculi mei.
Neq̄ ambulaui in ma-
gnis: neq̄ in mirabilib⁹
super me.
Si nō hūiliter sentiebā:
sed exaltaui animā meā.
Sicut ablactat⁹ est sup
matre sua: ita retributio
in anima mea.
Speret israel in dño: ex
hoc nunc ⁊ vsq̄ in seculū
An. Speret israel in do-
mino. Cap̄m. Dñs autem
dirigat. R. Dñe ne in ira.
Usq̄ ad. xl. Hymnus.
Celi de⁹ sanctissime/
qui lucidum centrū
poli cādore pingis igneo/
augens decoro lumine.
Quarto die qui flāmeā/
solis rotam cōstituens:
lune ministrans ordini/
vagos recursus siderū.
Ut noctibus vel lumini
diremptionis terminum:
primordijs ⁊ mensium/
signum dares notissimū.
Illumina cor hoim/ abs-
terge sordes mētiū/resol
ue culpe vinculū/euerte
moles criminū. Presta
pater. V. Dirigatur. Per
estatē Hy⁹ Lucis crea.
V. Dirigat. An. Respexi-
sti humilitatē meam dñe
deus me⁹. ps. Mgt. Pre-
ces vt supra. ❡ Feria. v.
ad vesperas. Psalmus.



Memēto dñe 131
dauid ⁊ oīs
mansuetu-
dinis eius.
Sicut iura
uit dño: vo
tum vouit deo iacob.
Si introiero in taberna
culū dom⁹ mee: si ascēde
ro in lectum strati mei.
Si dedero somnū ocl'is
meis: ⁊ palpebris meis
dormitationem.
Et requiem tēporibus
meis donec inueniā locū
domīo: tabernaculū deo
iacob.
Ecce audiuimus eā in
effrata: inuenimus eam
in campis silue.
Introibim⁹ ī tabernacu
lum eius: adorabim⁹ in
loco vbi steterunt pedes
eius.
Surge dñe in requiem
tuam: tu ⁊ arca sanctifi-
cationis tue.
Sacerdotes tui induan
tur iustitiā: ⁊ sancti tui
exultent.

Propter dauid seruũ tuũ: nõ auertas faciẽ xp̄i tui
Iurauit dñs dauid veri tatẽ ꝛ nõ frustrabit̃ eum de fructu vẽtris tui po- nam super sedem tuam.
Si custodierint filij tui testamentũ meũ: ꝛ testi- monia mea hec que doce bo eos.
Et filij eorum vsqꝫ in se culum: sedebũt super se- dem tuam.
Quoniam elegit dñs si- on: elegit eam in habita- tionem sibi.
Hec requies mea in secu- lum seculi: hic habitabo quoniam elegi eam.
Viduã ei⁹ bñdicẽs bñdi cam: pauperes eius satu rabo panibus.
Sacerdotes eius induã salutari: ꝛ sancti eius ex ultatione exultabunt.
Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam christo meo.
Inimicos ei⁹ induã con fusione: sup ip̄m autẽ ef- florebit sctificatio mea.
Gloria. añ. Et oĩs man suetudinis ei⁹. Psalm⁹.
132 Ecce quã bonũ ꝛ quã iocũ dũ: habitare fratres in vnum.
Sicut vnguentum in ca- pite qd descendit in bar- bam: barbam aaron.
Qd descẽdit in oram ve stimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem sion.
Quoniam illic mãdauit domi nus benedictionem: ꝛ vi tam vsqꝫ in seculum.
Gloria. añ. Ecce quã bonũ ꝛ quã iocundũ. Non dr ad vesperas iste ps. Psalmus.
Ecce nunc benedicite dominum: oẽs ser 133
ui domini.
Qui statis in domo dñi: in atrijs dom⁹ dei nostri.
In noctib⁹ extollite ma nus vestras in sancta: et benedicite dominum.
Benedicat te dñs ex siõ: qui fecit celũ ꝛ terram. Ps.
Laudate nomen dñi: 134
laudate serui dñm.
Qui statis in domo dñi: in atrijs domus dei nr̃i.
Laudate dñũ quia bon⁹ dñs: psallite nomini eius quoniam suaue.
Quoniã iacob elegit si- bi dominus: israel in pos sessionem sibi.
Quia ego cognoui quia ma- gnus est dominus: ꝛ deus noster pre omnibus dijs.
Omnia quecumqꝫ voluit dñs fecit in celo ꝛ in terra: in

mari ⁊ in oībus abyssis
Educēs nubes ab extre
mo terre:fulgura in plu-
uiam fecit.
Qui producit vētos de
thesauris suis: q̄ pcussit
primogenita egypti: ab
homine vsq₃ ad pecus.
Et misit signa ⁊ prodi-
gia in medio tui egypte:
in pharaonem ⁊ in om-
nes seruos eius.
Qui pcussit gentes mul
tas ⁊ occidit reges fortes
Seon regē amorreoꝝ ⁊
og regem basan: ⁊ oīa re
gna chanaam.
Et dedit terram eorum
hereditatem. hereditatē
israel populo suo.
Dn̄e nomē tuū in etn̄ū
dn̄e memōriale tuū in gn̄a
tione ⁊ generationem.
Quia iudicabit domin⁹
populum suum:et in ser-
uis suis dep̄cabitur.
Simulachra gentiū ar-
[illegible]rum ⁊ aurum:opera
manuum hominum.
Os habent ⁊ non loquē
[illegible]: oculos habent ⁊ nō
videbunt.
Aures habent ⁊ nō au-
[illegible]: neq₃ enim est spiri
[illegible] in ore ipsorum.
[illegible] illis fiant q̄ fa-
[illegible] ea: ⁊ omnes qui cō
fidunt in eis.
Domus israel bn̄dicite
dominum : domus aarō
benedicite dominum.
Dom⁹ leui bn̄dicite dn̄z:
q̄ timetis dn̄m bn̄d dn̄m.
Bn̄dictus dn̄s ex sion: q̄
habitat in hierl'm. Gl'ia
an. Omnia quecūq₃ volu
it domin⁹ fecit. Psalmus
Confitemini dn̄o q̄ni 135.
am bonus : quoniā
in eternum mia eius.
Confitemini: deo deoꝝ
Cōfitemini : dn̄o dn̄oꝝ.
Qui facit: mirabilia ma
gna solus.
Qui fec̄ celos i itellectu
Qui firmauit terrā : su-
per aquas.
Qui fecit: lumiaria ma- 136.
gna.
Solem: in potestatē diei
Lunam ⁊ stellas: in po
testatem noctis.
Qui pcussit egyptū: cū
primogenitis eorum.
Qui eduxit israel: de me
dio eorum.
In manu potenti: ⁊ bra
chio excelso.
Qui diuisit mare rubrū
in diuisiones.
Et eduxit israel: per me
dium eius.
Et excussit pharaonē ⁊
virtutē ei⁹: in mari rubro.

Qui traduxit populū suum: per desertum.
Qui percussit: reges magnos.
Et occidit: reges fortes
Seon: regem amorreorum
Et og: regem basan.
Et dedit terram eorum: hereditatem.
Hereditatē isrl' suo suo
Quia in hūilitate nr̄a: memor fuit nostri.
Et redemit nos: ab inimicis nostris.
Qui dat escā: om̄i carni
Confitemini: deo celi.
Cōfitemini dn̄o dn̄orū: qm̄ in eternum mia eius
Gl'ia. An. Quoniā i eternum mia eius. Psalm⁹.
136. Super flumia babylonis illic sedim⁹ et fleuimus: dū recordaremur tui sion.
In salicib⁹ i medio ei⁹: suspendim⁹ organa nr̄a
Q2 illic interrogauerūt nos q̄ captiuos duxerūt nos: verba cantionum.
Et qui abduxerūt nos: hymnum cantate nobis de canticis sion.
Quo cātabim⁹ canticū dn̄i: in terra aliena.
Si oblit⁹ fuero tui hirl'z obliuioni det dext'a mea
Adhereat lingua mea faucibus meis: si nō meminero tui.
Si non proposuero tui hierusalem: in principio letitie mee.
Memor esto domine filiorum edom: in die hierusalem.
Qui dicūt exinanite exinanite: vsq3 ad fūdamētum in ea.
Filia babylōis misera: beat⁹ qui retribuet tibi retributionem: quam retribuisti nobis.
Beat⁹ qui tenebit: z allidet puulos suos ad petrā. Gl'ia. a. Hymnū cātate nobis de cāticis siō. cp. Dn̄s aūt dixi. R. Dn̄e ne in ira. vsq3 ad .xl. hy⁹.

Magne de⁹ potētie: q̄ ex aquis ortū gen⁹ partim remittis gurgiti partim leuas in aera.
Dimersa limphis iprimēs subuecta celis irrogans: vt stirpe vna prodita diuersa rapiāt loca.
Largire cūctis seruulis q̄s mūdat vnda sāguis: nescire lapsus criminū/ nec ferre mortis tedium.
Ut culpa nullū depmat nullū leuet iactātia elisa mens ne concidat/ elata mēs ne corruat. Presta

ps.℣. Dirigat dne. Per estatē hy⁹. Luc3 creator ℣. Dirigat.ān. Deposuit potentes sanctos persequentes et exaltauit humiles christum confitentes. ps. Magn. Preces. etc. vt s. et memo. feri. vi in. ij. fer. ad matu. patet.

¶ Feria.vi. Ad ves. ps.

137. 
Confitebor tibi dne in toto corde meo: qm audisti verba oris mei.

In conspectu angelorū psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo

Super mīa tua et veritate tua: quoniā magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

In quacūq die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in aīa mea virtutē.

Confiteant tibi dne oēs reges terre: qr audierūt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis dn̄i: qm̄ magna est gloria dn̄i

Qm excelsus dn̄s et humilia respicit: et alta a longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: et super irā inimicorum meorum extendisti manum tuam et saluū me fecit dextera tua.

Dn̄s retribuet pro me dn̄e mīa tua in sclm: opa manuum tuarū ne despicias. Gloria.ān. In conspectu angelorū psallā tibi deus meus. Psalm⁹

Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionem meam. 138

Intellexisti cogitatiōes meas de longe: semitam meam et funiculum meū inuestigasti.

Et oēs vias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea.

Ecce dn̄e tu cognouisti oīa nouissima et antiqua tu formasti me/ et posuisti super me manū tuā.

Mirabilis facta est sciētia tua ex me: cōfortata ē et non potero ad eam.

Quo ibo a spū tuo: et q̄ a facie tua fugiam?

Si ascendero in celum tu illic es: si descendero ad infernum ades.

Si sumpsero pēnas meas diluculo: et habitauero in extremis maris.

Etenim illuc man⁹ tua

deducet me: ꝛ tenebit me
dextera tua.
Et dixi forsitã tenebre
conculcabũt me: ꝛ nox il
lumiatio mea in delicijs
meis.
Qꝛ tenebre nõ obscura=
bũt a te/ ꝛ nox sicut dies
illuminabitur: sicut tene
bre eius ita et lumen eiꝰ.
Qꝛ tu possedisti renes
meos: suscepisti me de
vtero matris mee.
Confitebor tibi qꝛ terri
biliter magnificatus es:
mirabilia opa tua ꝛ aĩa
mea cognoscet nimis.
Nõ est occultatũ os me
ũm a te q̃d fecisti i occul
to: ꝛ substãtia mea in in=
ferioribus terre.
Imperfectũ meũ viderũt
oculi tui ꝛ in libro tuo
oẽs scribentur: dies for=
mabũtur ꝛ nemo in eis.
Michi aũt nimis hono=
rificati sunt amici tui de
us: nimis cõfortatus est
principatus eorum.
Dinũerabo eos ꝛ super
arenã multiplicabũtur:
exurrexi ꝛ adhuc sũ tecũ.
Si occideris deꝰ pecca=
tores: viri sanguinum de
clinate a me.
Qꝛ dicitis i cogitatiõe:
accipiãt in vanitate ciui
tates suas.
Nõne q̃ oderunt te dñe
oderam: ꝛ super ĩimicos
tuos tabescebam.
Perfecto odio oderam
illos: inimici facti sunt
michi.
Proba me deus et scito
cor meũ: interroga me ꝛ
cognosce semitas meas.
Et vide si via iniq̃tatis
in me est: ꝛ deduc me in
via eterna. Añ. Domine
probasti me ꝛ cognoui=
sti me. Psalmus. 139.
Eripe me dñe ab ho= 139.
mine malo: a viro ini=
quo eripe me.
Qui cogitauerũt iniq̃ta=
tes in corde: tota die ꝯsti
tuebant prelia.
Acuerunt linguã suã si
cut serpentes: venenum
aspidum sub labijs eorũ.
Custodi me dñe de ma=
nu peccãtoris: ꝛ ab homini=
bus iniquis eripe me.
Qui cogitauerunt sup=
plantare gressus meos:
absconderunt superbi la
queum michi.
Et funes extẽderũt i la
queũ: iuxta iter scanda=
lum posuerunt michi.
Dixi domino deꝰ meus
es tu: exaudi dñe vocem
deprecationis mee.

Dñe dñe virtus salutis
mee: obũbrasti super ca=
put meum in die belli.
Nõ tradas me dñe a de
siderio meo pctõri: cogi=
tauerunt contra me ne
derelinquas me ne forte
exaltentur.
Caput circuitus eorũ:
labor labiorum ipsorum
operiet eos
Cadẽt sup eos carbões
in ignẽ deijcies eos: i mi=
serijs non subsistent.
Vir linguosus non diri
getur in terra: vir iniustũ
mala capient in interitu
Cognoui qr faciet dñs
iudicium inopis: & vindi
ctam pauperum.
Verũtamẽ iusti ꝯfitebũ
tur nomini tuo: & habita
bũt recti cum vultu tuo.
Gloria. Añ. A viro iniquo
libera me dñe. Psalmus
140. Domine clamaui ad
te exaudi me: inten=
de voci mee cum clama=
uero ad te.
Dirigatur oratio mea si
cut incẽsum in cõspectu
tuo: eleuatio manuũ me
arũ sacrificiũ vespertinũ.
Pone domine custodiã
ori meo: & ostiũ circũstã=
tie labijs meis.
Nõ declines cor meũ in
verba malicie ad excusã
das excusatiões in pctis
Cũ hoibus operãtibus
iniqtatẽ: & nõ cõmunica
bo cum electis eorum.
Corripiet me iustus in
mĩa & icrepabit me: oleũ
autẽ peccatoris nõ ipin=
guet caput meum.
Qm̃ adhuc et orõ mea i
beneplacitis eorũ: absor=
pti sunt iuncti petre iudi
ces eorum.
Audient verba mea qm̃
potuerunt: sicut crassitu
do terre erupta est sup
terram.
Dissipata sunt ossa nr̃a
secus infernum: quia ad
te dñe dñe oculi mei in te
speraui/ nõ auferas ani=
mam meam.
Custodi me a laqo quẽ
statuerunt michi: et ab
scandalis operantium
iniquitatem.
Cadent in retiaculo eius
peccatores: singulariter
sum ego donec transeam
Gloria prĩ. Sicut erat.
An. Domine clamaui ad
te exaudi me. Psalmus.
Voce mea ad domi= 141
num clamaui: voce
mea ad dñm depcatus sum
Effundo in ꝯspectu eius
orationem meã: & tribu=

lationem meam ante ipsum pronuncio.
In deficiendo ex me spiritum meum: et tu cognouisti semitas meas.
In via hac qua ambulabam: absconderunt laqueum michi.
Considerabã ad dexterã et videbam: et non erat qui cognosceret me.
Periit fuga a me: et non est q̃ reqrat animã meã.
Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea: portio mea in terra viuẽtiũ.
Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.
Libera me a persequẽtibus me: quia confortati sunt super me.
Educ de custodia animã meã ad ꝯfitendũ nomini tuo: me expectãt iusti donec retribuas mihi
Gloria. Ãn. Portio mea dñe sit in terra viuentiũ. Capm. Dñs aũt dirigat. Sequẽs hy⁹ dr solũ ad vesp. fer. vi. proxima ante do. in. xl. qñ in predicta
141 fer. vi. agitur de fe. Hy⁹.
Plasmator hõis de⁹ q̃ cũcta sol⁹ ordinãs humũ iubes producere/ reptantis et fere genus.
Qui magna rerũ corpa dictu iubentis viuida: vt seruiãt per ordinẽ / subdens dedisti homini.
Repelle a seruis tuis/ q̃cquid p imũdiciã: aut moribus se suggerit aut actibus se interserit.
Da gaudiorũ premia/ da gratiarũ munera/ dissolue litis vincula/ astringe pacis federa.
Presta pr. v. Dirigat. Per estatem hy⁹. Lucis creator. v⁹. Dirigat. ãn. Suscepit de⁹ israel puerũ suũ sicut locut⁹ est abrahã et semini ei⁹: et exaltauit hũiles vsq₃ in seculũ. Luce i.e.
ps. Mgt. preces et c. vts. in. ii. fer. ad matu. Nõ dr ad vespas iste ps. 142. Dñe exaudi orationem meam aurib⁹ pcipe obsecrationem meam. ¶ Sabbato ad vesperas. ps. 143.
Benedictus dñs de⁹ meus q̃ docet man⁹ meas ad preliũ: et digitos meos ad bellũ.
Misericordia mea et refugiũ meũ: susceptor me⁹ et liberator meus.
Protector me⁹ et in ipo.

sperauit qui subdit popu
lum meum sub me.
D ñe quid est homo q2 i
notuisti ei: aut fili9 hois
q2 reputas eum.
H omo vanitati similis
factus est: dies ei9 sicut
vmbra pretereunt.
D ñe iclina celos tuos ꝛ
descende: tange montes
ꝛ fumigabunt.
F ulgura coruscationẽ
et dissipabis eos: emitte
sagittas tuas ꝛ contur=
babis eos.
E mitte manũ tuam de
alto eripe me ꝛ libera me
de aqs mult꜀: ꝛ de manu
filiorum alienorum.
Q uorũ os locutũ est va
nitatẽ: ꝛ dextera eorum
dextera iniquitatis.
D eus canticũ nouũ cã=
tabo tibi: in psalterio de=
cachordo psallam tibi.
Q ui das salutẽ regib9
qui redemisti dauid ser=
uum tuũ/de gladio mali
gno eripe me.
E t erue me de manu fi=
liorum alienorum quoꝝ
os locutũ est vanitatem
ꝛ dextera eorum dextera
iniquitatis.
Q uorũ filij sicut noue
le plantationes: in iuuẽ=
tute sua.

F ilie eorum cõposite:
circumornate vt similitu
do templi.
P romptuaria eoꝝ plena:
eructantia ex hoc in illd.
O ues eorũ fetose abun
dãtes i egressibus suis:
boues eorum crasse.
N õ est ruina macerie:
neqꝫ trãsit9 neqꝫ clamor
in plateis eorum.
B eatũ dixerunt populũ
cui hec sunt: beat9 popu=
lus cui9 dñs deus eius.
G loria pri. a͂. Bñdictus
dñs deus meus. Psalm9
E xaltabo te de9 me9 14
rex ꝛ bñdicam no=
mini tuo in seculum: ꝛ in
seculum seculi.
P er singulos dies bene
dicam tibi: ꝛ laudabo no
men tuum in seculum: et
in seculum seculi.
M agn9 dñs ꝛ laudabi=
lis nimis: ꝛ magnitudi=
nis eius non est finis.
G ñatio ꝛ gñatio lauda=
bit opa tua: ꝛ potentiam
tuam pronunciabunt.
M agnificẽtiã glorie sci
tatis tue loquẽtur: ꝛ mi=
rabilia tua narrabunt.
E t virtutem terribiliũ
tuoꝝ dicent: ꝛ magnitu=
dinem tuam narrabunt
M emoriã abũdãtie sue

ultatis tue eructabūt: et
iustitia tua exultabunt.
Miserator ꝛ misericors
dominus: patiēs ꝛ mul-
tum misericors.
Suauis dñs vniuersis:
ꝛ miserationes eius sup
omnia opera eius.
Confiteantur tibi dñe
oīa opa tua: ꝛ sancti tui
benedicant tibi.
Gloriā regni tui dicēt: ꝛ
potētiam tuā loquētur.
Ut notā faciāt filijs ho
minū potētiā tuā: ꝛ glo-
riam magnificētie regni
tui.
Regnum tuū regnū om
niū seculorum: ꝛ dñatio
tua in omni generatione
ꝛ generationem.
Fidelis dñs in omnib⁹
vbis suis: ꝛ sanctus in
omnibus operibus suis
Alleuat dñs oēs q̄ cor-
ruūt: ꝛ erigit oēs elisos.
Oculi oīm in te sperant
dñe: ꝛ tu das escam illis
in tempore oportuno.
Aperis tu manū tuā: ꝛ
imples omne animal be-
nedictione.
Iustus dñs in oīb⁹ vijs
suis: ꝛ sanctus in oībus
operibus suis.
Prope est dñs oībus in
uocātibus eū: oībus in-
uocātibus eū in veritate
Uoluntatem timentiū
se faciet ꝛ deprecationē
eorū exaudiet: ꝛ saluos
faciet eos.
Custodit dñs omnes di
ligentes se: ꝛ omnes pec
catores disperdet.
Laudationē dñi loque-
tur os meū ꝛ bñdicat oīs
caro nomini scō eius in
seculū: ꝛ in seculū seculi.
Gloria patri. ℟. In eternū
ꝛ in seculum seculi. Ps.
Lauda aīa mea dñm 145.
laudabo dñm ī vita
mea: psallam deo meo q̄
diu fuero.
Nolite cōfidere ī princi
pibus: in filijs hominū ī
quibus non est salus.
Exibit spirit⁹ ei⁹ ꝛ reuer
tetur in terrā suam: in il
la die peribūt omnes co-
gitationes eorum.
Beatus cuius deus ia-
cob adiutor ei⁹ / spes ei⁹
in dño deo ipsius qui fe-
cit celū ꝛ terram: mare ꝛ
omnia que in eis sunt.
Qui custodit veritatem
in seculum facit iudiciū
iniuriā patientibus: dat
escā esurientibus.
Dñs soluit cōpeditos:
dñs illuminat cecos.
Dñs erigit elisos: dñs

diligit iustos.

Dñs custodit aduenas pupillũ ⁊ viduã suscipiet: ⁊ vias pctõrũ disperdet

Regnabit dñs in secula de⁹ tu⁹ sion: in generatione ⁊ generationem.

Gloria. Aña. Laudabo deũ meum in vita mea. Ps.

146. Laudate dñm qm̃ bonus est psalm⁹: deo nostro sit iocunda decoraq; laudatio.

Edificans hierusalem dominus: dispersiones israelis congregabit.

Qui sanat cõtritos corde ⁊ alligat cõtritiões eorũ.

Qui numerat multitudinem stellarũ: ⁊ omnibus eis nomina vocat.

Magn⁹ dñs noster ⁊ magna virt⁹ ei⁹: et sapientie eius non est numerus.

Suscipiens mansuetos dñs: humilians aũt pctõres vsq; ad terram.

Precinite dño in cõfessione: psallite deo nostro in cythara.

Qui operit celũ nubib⁹ et parat terre pluuiam.

Qui producit in montibus fenum: ⁊ herbã seruituti hominum.

Qui dat iumẽtis escam ipsorum: ⁊ pullis coruorum inuocantibus eum.

Nõ in fortitudine equi voluntatẽ habebit: nec in tybijs viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitũ est dño super timentes eum: ⁊ ĩ eis qui sperant super mia eius. Gloria. Aña. Deo nro iocunda sit laudatio. Ps.

Lauda hierl'm dñm: 147
lauda deũ tuũ sion.

Qm̃ confortauit seras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquiũ suum terre: velociter currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit cristallum suã sicut bucellas: ante faciẽ frigoris ei⁹ qs sustinebit

Emittet verbũ suũ ⁊ liquefaciet ea: flabit spiritus eius ⁊ fluent aque.

Qui annunciat verbũ suũ iacob: iustitias et iudicia sua israel.

Nõ fecit taliter omni nationi: ⁊ iudicia sua nõ manifestauit eis. Gloria. Aña. Lauda hierusalẽ dñm.

Cap.2. Ad corinthios.1.

Benedictus de⁹ ꝛ pater dñi nr̄i iesu christi pater misericordiarū ꝛ de⁹ toti⁹ consolationis: qui consolat nos in omī tribulatiōe nostra. Deo grās. Hoc cap. dr in sab. ad ves. a Dñe ne i ira. vsq ad.lxx. ꝛ a Deus oim. vsq ad aduē. dñi: qñ de do. agit. Hic seqns hy⁹. dicit ad ves. in sabbato a Dñe ne i ira. vsq ad. xl. qñ de dñica agitur. Hy⁹.

Deus creator omniū polique rector vestiēs diem decoro lumine/ noctem soporis gratia.

Art⁹ solutos vt qes reddat laboris vsui: mētesq fessas alleuet / luctusq soluat anxios.

Grates peracto iā die ꝛ noctis exortu preces: votis reos vt adiuues hymnum canentes soluim⁹.

Te cordis ima ɔcinant te vox canora concrepet: te diligat castus amor/ te mens adoret sobria.

Vt cum ꝓfundo clauserit/ diem caligo noctium: fides tenebras nesciat/ ꝛ nox fidei luceat.

Dormire mētē ne sinas dormire culpa nouerit: castos fides refrigerās/ somni vapore temperet.

Exuta sensu lubrico/ te cordis alta somnient: ne hostis inuidi dolo/ pauor quietos suscitet.

Christū rogemus ꝛ patrē/ christi patrisq spm̄: vnum potēs per omnia foue precantes trinitas. Amē. ℣. Vespertina oratio ascēdat ad te domine. ℞. Et descendat super nos mīa tua. Sequens hy⁹ dr i sabbatis ad ves. a De⁹ oim. vsq ad aduen. qn de dnica agitur. Hy⁹.

O Lux beata trinitas et principalis vnitas: iā sol recedit igneus infunde lumen cordib⁹.

Te mane laudū carmīe te dep̄cemur vesperi: te nostra supplex glīa p cūcta laudet secula.

Deo pr̄i sit glīa eiusq soli filio: cū spiritu paraclyto/ ꝛ nūc ꝛ imperpetuū. Amē. ℣. Vespertina orō. Et dr a. vt decet. Cāticū. Luce. 1.c.

Magnificat: anima mea dominum.

Et exultauit spirit⁹ me⁹ in deo salutari meo.

Quia respexit hūilitatē ancille sue: ecce eni ex hoc beatam me dicēt oēs ge

nerationes.
Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.
Et mia eius a progenie in progenies timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede et exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum: recordatus mie sue.
Sicut locutus est ad patres nostros: abraham et semini eius in secula. Gloria.
Ad complet. dicto Pater noster. et Aue maria. Incipiat sacerdos Conuerte nos deus salutaris noster. R. Et auerte iram tuam a nobis.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. ps



Um inuocarem exaudiuit me deus iustitie mee: in tribulatione dilatasti mihi.
Miserere mei: et exaudi orationem meam.
Filii hominum vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem et queritis mendacium.
Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.
Irascimini et nolite peccare que dicitis in cordibus vestris: et in cubilibus vestris conpungimini.
Sacrificate sacrificium iustitie et sperate in domino multi dicunt quis ostendit nobis bona.
Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo.
A fructu frumenti vini et olei sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsum: dormiam et requiescam.
Quoniam tu domine singulariter in spe: constituisti me. Gloria patri. ps
In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam accelera vt eruas me.
Esto michi in deum protectorem: et in domum refugii

vt saluum me facias.
Q m fortitudo mea ⁊ re
fugiū meū es tu: ⁊ ꝓpter
nomen tuū deduces me
et enutries me.
E duces me de laq̄o quē
abscōderūt michi: q̄m tu
es protector meus.
I n man⁹ tuas dn̄e ꝯmē
do spm̄ meū: redemisti me
dn̄e de⁹ veritat⁹. Gl'ia. Ps
90. Q Ui hitat in adiuto
rio altissimi: in ꝓte
ctione dei celi ꝯmorabit.
D icet dn̄o susceptor me
us es tu: et refugiū meū
deus me⁹ sperabo in eū.
Q uoniam ipe liberauit
me de laqueo venantiū:
et a verbo aspero.
S capulis suis obūbra=
bit tibi: ⁊ sub pennis ei⁹
sperabis.
S cuto circūdabit te ve=
ritas eius: nō timebis a
timore nocturno.
A sagitta volāte in die/
a negocio ꝑambulāte in
tenebris: ab incursu ⁊ de
monio meridiano.
C adēt a latere tuo mil=
lē/ ⁊ decē milia a dextris
tuis: ad te autem non ap
propinquabit.
V eruntn̄ oculis tuis cō
siderabis: et retributio=
nem peccatoꝝ videbis.

Q uoniā tu es dn̄e spes
mea: altissimum posuisti
refugium tuum.
N ō accedet ad te malū
et flagellū nō appropin=
quabit tabernaculo tuo.
Q m angelis suis mādā
uit de te: vt custodiāt te i
omnibus vijs tuis.
I n manib⁹ portabūt te
ne forte offendas ad la=
pidem pedem tuum.
S uꝑ aspidē et basiliscū
ambulabis: ⁊ ꝯculcabis
leonē et draconem.
Q m in me sperauit libera
bo eū: ꝓtegā eum q̄m co=
gnouit nomen meum.
C lamauit ad me et ego
exaudiā eū / cū ipso sum
in tribulatione: eripiam
eum et glorificabo eum.
L ōgitudine dieꝝ reple
bo eū: ⁊ ostendā illi salu
tare meum. Psalmus.
E Cce nūc bn̄dicite do 133.
minū: oēs serui dn̄i.
Q ui statis in domo dn̄i
in atrijs domus dei nr̄i.
I n noctib⁹ extollite ma
nus vestras in scā: ⁊ be
nedicite dominum.
B n̄dicat te dn̄s ex sion:
qui fecit celū ⁊ terram.
G l'ia. An. Miserere mihi
dn̄e: ⁊ exaudi oronē meā
Hec p̄dicta an. di sup

nos ꝑos ꝑ totū aduē. et a crastino octa. epi. vsqꝫ ad. xl. ꝛ a dñica in passio ne vsqꝫ ad cenā dñi: et a crastino scte trinit. vsqꝫ ad aduentū domini: nisi in fes. et in oct. beate ma rie: ꝛ in festis reliquiarū: et omniū sanctorū. Capl̄m

Hiere. 14. b. TU in nobis es dñe/ et nomen sanctū tu um inuocatū est sup nos: ne derelinquas nos dñe deus noster. Hoc capl̄m dicit ad cōplet. per totū annū: nisi a cena dñi vsqꝫ ad octa. pasche. Hy⁹.

TE lucis ant̄ terminū rerū creator poscimus: vt solita clementia sis ꝑsul ad custodiam.

Procul recedāt somnia et noctiū fantasmata: hostemqꝫ nostrū cōprime/ ne polluantur corpora.

Presta pr̄ oīps/ per iesū xp̄m dñm: qui tecū in per petuū/ regnat cū sancto

p. 16. spiritu. Amen. ℣. Custodi nos dñe. ℟. Ut pupillam oculi sub vmbra ala rum tuarū protege nos.

¶ Canticum symeonis.

NUnc dimittis seruū tuum dñe: scd̄m ver bum tuum in pace.

Quia viderūt oculi mei salutare tuum.

Quod parasti: ante faciem omniū populorum.

Lumen ad reuelationē gētiū: et gl'iā plebis tue isrl'. Gl'ia. An. Ueni dñe visitare nos ī pace: vt letemur corā te corde ꝑfecto. Kyrieel. ꝛc. Sequū tur ꝑces. Hoc cōplet. non mutat in aduē. nisi ī fes. dup. infra aduē. ꝯtinge. tūc em̄ mutat hy⁹. solūmodo: et sꝫ hy⁹. Saluator. Et nisi in ꝯme. b. ma. cū infra aduē. celeb. fue. tūc tñ in fine hym. dicit Gl'ia tibi dñe q̄ na. ¶ In vigi. nati. do. ad ꝯpl'. sup ps̄ a. Estote parati siles hoīb⁹ expectantib⁹ dñm suū qn̄ reuertat a nuptiis. ps̄ Cū inuo. ꝛ ceti ps̄ cōsueti. Cp. Tu in no. Hy⁹. Cōpl. 2. Luc. 12. c.

SAluator mūdi dñe/ qui nos saluasti hodie: in hac nocte nos ꝓtege/ ꝛ salua omni tēpore.

Adesto nūc propitius/ et parce supplicātib⁹: tu dele nostra crimia/ tu tenebras illumina.

Ne mentē somn⁹ oppri mat/ nec hostis nos surripiat: nec vllis caro peti mus/ cōmaculet sordib⁹

Te reformator sensuū/

votis precamur cordiū: vt puri castis mentibus surgamus a cubilibus.
Deo patri sit gl'ia/ eiusq; soli filio: cū spū paraclito/ ꝛ nūc ꝛ in ppetuū. Amē. ℣ Custodi nos do. Hic hy⁹. dr ad cple. quotidie vsq; ad octa. epi. et in ipsis octa. et in oībus festis dup. ab oct. epi. vsq; ad p̄mā do. xl. Et in oībus festis dup. a pēthe. vsq; ad vigi. nati. dñi. Dicit etiā in vigi. pēthe. ꝛ p ipsi⁹ ebdo. scilz in. v. ꝛ in vi. fer. ꝛ sab. Et quotidie per oct. ꝛ in oc. assūpt. ꝛ nat. btē marie: dedicationis eccl'ie: siue de octa. fit seruitiū: siue de aliq̄ scō ix. lec. Et per octa. corporis xpi: vbi fiūt cū regie chori. Ān. Uigilate oēs ꝛ orate/ nescitis eni qn̄ tēpus sit: vigilate ergo nescitis eni qn̄ dn̄s veniet: sero/ an media nocte/ an gallicātu: an mane: ne cū venerit repēte/ inueniat vos dormiētes. Ps. Nūc di. Preces ꝛc. q̄ ad cple. pertinēt/ expleant. ❡ In die nati. do. ad cōple. sup ps. Ān. Nat⁹ est nobis hodie saluator q̄ est xps dn̄s i ciuitate dauid. Ps.
Cū inuo. Cp. Tu in nob. hy⁹. Saluator. ℣. Custodi nos. ān. All'a: verbuz caro factū est all'a: ꝛ habitauit in nobis all'a all'. Joā. 1.b.
Ps. Nunc di. Preces ꝛc. vt s. Hoc cōple. non mutat vsq; ad circūcisionē. Ān. vero sup Nunc di. dr vsq; ad vigi. epiph. ❡ In die circuncisionis do. ad cōple. ā. Nato dn̄o angelor chori canebāt dicentes: sal⁹ deo nr̄o sedenti super thronū ꝛ agno. Ps Cū inuo. Cp. Tu in nob. hy⁹. Saluator. ℣ Custodi. ā. All'a: vbū caro. Ps. Nūc di. Preces ꝛc. q̄ ad cōple. ptinent/ expleant. Hoc cplet. nō mutat vsq; ad vig. epi. ❡ In vigi. epi. ad cple. sup ps ān. Lux de luce apparuisti xpe: cui magi munera offerunt all'a all'a all'a. Ps. Cū inuo. Cp. Tu in nob. hy⁹. Saluator. ℣. Custodi. ān. All'a: oēs de saba venient all'a: aurū ꝛ thus deferentes all'a all'a. Ps. Nunc dimittis. Hoc cōpletoriū non mutat per totam octa. ❡ In crastino epi. ad cōple. ān. Miserere. ps. Cū inuo. Cap. Tu in nobis. hy⁹. Te luc

Cōpl' 4.
Cōpl' 5.
Esaie 60.b
Cōpl' 6.

cis.℣. Custodi nos. an. Salua nos dn̄e vigilantes: custodi nos dormiētes: vt vigilem⁹ cū xp̄o / et requiescam⁹ in pace. ps. Nūc dimit. vts. Preces rc. que ad cōpleto. pertinent / expleant. Hoc completo. dr a crastino octa. epi. vsq ad. xl. Et a crastino scte trinit. vsq ad aduē. dn̄i: nisi i fest. dup. et p oct. visitat. assump. et natiuit. beate marie: et dedicationis eccl'ie: et nisi in cōmemo. bte marie.

Cōpl' 7. ¶ Dn̄ica prima. xl. ad cōpleto. sup ps an. Signatū est sup nos lumē vultus tui dn̄e: dedisti leticiam in corde meo. ps. Cū inuo. cap. Tu i no. Cleric⁹ R. In pace. Chor⁹ psequit in idipm. Dormiā et requescā. Cleric⁹ ℣. Si dedero

ps. 131. sōnū oculis meis: et palpebris meis dormitationē. Chor⁹. Dormiā. Cle. ℣. Gl'ia pri et filio et spū i scto. Chor⁹. In pa. Hy⁹.

Criste q lux es et dies / noct tn̄bras detegis: lucisq lumē credentis / lumē btm̄ predicās. Precamur scte dn̄e / defende nos i hac nocte: sit nobis in te requies / quietam noctem tribue. Ne grauis sōn⁹ irruat / nec hostis nos surripiat nec caro illi consentiens nos tibi reos statuat. Oculi somnum capiāt / cor ad te semp vigilet: dextera tua ptegat / famulos qui te diligunt. Defensor nr̄ aspice / insidiantes reprime: guberna tuos famulos / quos sanguine mercatus es. Memēto nr̄i dn̄e / in graui isto corpore: q̄ es defēsor aīe / adesto nob dn̄e. Deo pr̄i sit gl'ia / eiusq soli filio: cū spū paraclito / et nūc et in perpetuū. Amē. ℣. Custodi nos. a. Cū videris nudū opi eū

Esai 58. et carnē tuā ne despexeris: tūc erūpet q̄si mane lumen tuū: et gl'ia dn̄i colliget te. ps. Nūc dimitt.

Cōpl' Hec predicta ān. videlz Signatū est. R. In pace hy⁹. Xp̄e q lux dicatur q̄tidie ad cōple. vsq ad passionē dn̄i de q̄cūq fit serui. ān. vo sup Nūc dimi. p. xv. dies.

Cōpl' 8. ¶ Dn̄ica iii. xl. ad cōple. ān Signatū est. ps. Cū inuo. cap. Tu in no. R. In pace. Hy⁹. Xp̄e qui. ℣. Custodi. ps. Nūc dimi. Media vita in

morte sum⁹: quē q̄rimus adiutorē nisi te dn̄e / q̄ ꝓ pctis nr̄is iuste irascer̄ Sctē de⁹ Scē fort̄ Scē ⁊ misericors saluator / amare morti ne tradas nos. ℣. Ne ꝓijcias nos i tpe senectutis: cum defecerit virtus nr̄a ne derelinq̄s nos dn̄e. Sctē de⁹. ℣. Noli claudē aures tuas ad p̄ces nr̄as. Sctē fortis. ℣. Qui cognoscis occulta cordis parce pctis nostris. Sācte et misericors saluator amare morti ne tradas nos. Hec an̄. dr̄ super psal. Nūc dimit. p xv. dies. ℣. vero non dr̄r nisi in sab. ⁊ in dn̄icis: et in fes. ix. lc. In fes. dupl. ad v̄trūq̄ cōple. in supiori gradu dicant: loco nec hitu mutato. Dn̄ica in passione ad ꝯple. An. Miserere. ꝑ. Cū inuo. cꝑ. Tu in no. Cleric⁹ R. In manus tuas Chorus ꝓseq̄t dn̄e Commēdo spm̄ meū Cleric⁹ ℣. Redemisti me dn̄e de⁹ veritatis. Chorus Commēdo. Nō dr̄. Gl'ia. sed reincipiat cleric⁹ In manus tuas. Hymnus.

Cultor dei memento te fontis ⁊ lauachri rorē subijsse sanctum / te chrysmate innouatum.

Hac cum vocāte somno castū petis cubile: frontem locumq̄ cordis / crucis figura signet.

Crux pellit oē crimen / fugiūt crucē tenebre: tali dicata signo / mens fluctuare nescit.

Procul o procul vagātum / portēta somniorū: ꝓcul esto peruicaci / prestigiator astu.

O tortuose serpens / qui mille per meādros: fraudesq̄ flexuosas / agitas quieta corda.

Discede xp̄s hic est xp̄s hic est liquesce: signū qḋ ipse nosti / damnat tuam cateruam.

Corpus licet fatiscens iaceat / recliue paululū: christum tamen sub ipso meditabitur sopore.

Gloria eterno pr̄i: ⁊ xp̄o vero regi: paraclitoq̄ sācto / ⁊ nūc ⁊ in perpetuū Amē. ℣. Custodi nos. ꝑ. Nūc dimit. An. O rex glo- Hier. 14.b.
riose inter sctōs tuos / q̄ semp es laudabilis / ⁊ tn̄ ineffabilis: tu ī nobis es dn̄e: ⁊ nomen sctm̄ tuum inuocatū est sup nos / ne derelinq̄s nos de⁹ nr̄: vt in die iudicij nos colloca

re digneris Inter sctōs ꝛ electos tuos Rex bñdi-cte. ℣. Rex bñdicte tuos per ꝓspera dirige seruos Inter. Et dr vsq ad finē ān. Alius ℣. Ut tergant miseras pia per ieiunia culpas. Rex bñ. Aliꝰ ℣. Atq colāt pure solennia mystica pasche. Int' san ctos et electos tuos rex bñdicte. vsq ad finē ān. Hoc ꝯple. dr quotidie vs q ad cenam do. sup̄radi-cto modo de q̄cūq fit ser uitiū. Excep. q in fe. non dr̄ ℣. post psal. Nūc di.

Cōpl' 10. ¶ Fer. v. in cena dñi: ad cōple. in primis inchoet ab executore officij ān. Xp̄s factꝰ est. sine nota. ps. Cū inuo. In te do. spe. Ecce nūc. Nūc dim. sine Gl'ia. Post ps̄. dr tota ā. Xp̄s factꝰ est pro nobis obediens vsq ad morte̅ mortē aūt crucis. Deide dicat sacer. Dñs vobiscū Et cum spū tuo. Oratio.

RÉspice q̄s dñe super hāc familiā tuā pro qua dñs nr̄ iesus xp̄s nō dubitauit manibꝰ tradi nocentiū: ꝛ crucis subire tormentū. q̄ terminet sic: Qui tecū vi. ꝛc. Dñs vo biscū. Et cū spiritu tuo. Benedicamus dño. Deo gr̄as. ¶ Fer. vi. in die pa rasceues ad ꝯple. icipiat sacer. Ān. sine nota Xp̄s factus est. Et interi fiat genuflexio in choro. Ān. ꝛc. c sa fiāt sicut in die ce ne: sine Dñs vob. et sine Oremus. Et post ps̄. ꝛ ā. dr Pater nr̄. et Aue ma. et ps̄. Miserere. sine Gl'ia psi cum ꝓstra. Et finiat ꝯple. sacer. dicēte orōnē Respice q̄s do. sine Dñs vo. et sine Oremꝰ. et sine Qui te. ꝛ sine Bñdicam' et sic ꝯpleat. ¶ Sab. sctō in vigi. pasc. pulsatis cā-panis duobus signis du plicit' vel tripl'r incipiat sacer. Deꝰ in adiu. Gl'ia patri. ꝛc. more solito sine Cōuerte nos. ān. icipiat in supiori grad. All'a al. all'a all'a. ps. Cū inuo. In te dñe. Ecce nūc bñ. Nūc dimit. Et dr̄ hi ps predi cti sub vna voce nullum psal. exaltādo: qd etiā ob seruet q̄tidie vsq ad oc. pas. ad cōpl'. Finitis ps cum Gl'ia. tota dr ā. De-inde dicitur Dñs vobis-cum. ꝛ Oremus. Oratio.

SPiritum nobis do-mine tue charitatis infunde: vt quos sacra-

Cōpl' 11.

Cōpl' 11.

mentis paschalibus sa-
tiasti: tua facias pietate
cōcordes. Per dominū.
in vni. eiusdē. cum Dñs
vobiscum. et Benedica-
mus dño. sine all'a ab ex
ecutore officij. Et sciēdū
est quod hec oratio dicit
quotidie ad cōpleto. vsq
ad octa. pasche. ¶ In die
pasche ad cōplet. Deus
in adiutoriū. ān. 7 ps. si-
cut in sabbatis. Reperi-
ta ān. post psal. statī in-
cipiat a cantore R. Hec
dies quam fecit dñs ex-
ultemus 7 letemur in ea
sine neumate. Deinde di
cat sacerd. V. In resurre
ctione tua xpe. Celi 7 ter
ra letentur all'a. Dñs vo
biscum. Orem9. Oratio.
Spiritū nobis. cum Do
minus vobiscū. et Bene-
dicamus dño. sine all'a.
Hoc eodem modo di cō-
pletoriuz per totā ebdo.
vsq ad sabbatū. ¶ Dñi-
ca in octa. pasche ad cō-
pletoriū Cōuerte nos. et
Deus in adiutoriuz. ān.
All'a all'a all'a all'. ps. Cū
inuocarē. In te dñe spe.
Qui habitat. Ecce nunc
Cap. Tu in nobis. Hy9.
IEsu saluator seculi/
verbū patris altissi-
mi: lux lucis inuisibilis/
custos tuorum peruigil
Tu fabricator oīm/dis-
cretor atq temporū: fes-
sa labore corpora: noct
quiete recrea.
Ut dum graui in corpo
re: breui manem9 tpe: sic
caro nostra dormiat / vt
mens in christo vigilet.
Te deprecamur suppli
ces / vt nos ab hoste libe
res. ne valeat seducere/
tuo redēptos sanguine.
Quesumus auctor oīm
in hoc paschali gaudio:
ab oī mortis ipetu / tuū
defende populum.
Glia tibi dñe / q surrexi-
sti a mortuis: cum pře 7
sctō spū / in sempitna se-
cula. Amen. V. Custodi
nos. ān. All'a: resurrexit Mat. 26. c.
dñs all'a: sicut dixit vo-
bis all'a all'a. ps. Nūc di
mit. Preces 7c. q ad cō-
pletoriū pertinēt / explea
tur. Hoc cōpletoriū non
mutat vsq ad ascēn. do.
de quocunq fit seruitiū:
nisi qñ di de scta maria:
tūc enim di in fine hym.
Quesum9 auctor. cū V.
Glia tibi do. q na. Ita tñ
q ān. sup hos di vsq ad
fes. s. tri. ¶ In vigil. ascē.
dñi ad cōplet. super hos Cōpl' IS.

vt in octa. pasche. Cap'm. Tu in nobis. Hymnus.

IEsu nr̃a redemptio / amor et desiderium: deus creator omniũ / homo in fine temporum.

Que te vicit clementia / vt ferres nr̃a crimina: crudelẽ mortem patiens / vt nos a morte tolleres.

Inferni claustra penetrans / tuos captiuos redimẽs: victor triumpho nobili / ad dexteram patris residens.

Ipsa te cogat pietas: vt mala nr̃a superes: parcẽdo et voti cõpotes / nos tuo vultu saties.

Tu esto nr̃m gaudiũ / q̃ es futurus premium: sit nostra in te gl'ia / per cuncta semper secula.

Gl'ia tibi dñe / qui scandis supra sidera: cũ pr̃e et sctõ spũ in sempiterna scl'a. Amen. V̸. Custodi nos. Añ. All'a: ascendens xp̃s in altũ all'a: captiuã duxit captiuitatẽ all'a alleluia. P̃s. Nũc di. Hoc eodẽ modo dr̃ ꝯple. q̃tidie vsq; ad pẽthe. de q̃cunq; fit seruic. nisi qñ dr̃ de cõmẽo. btẽ ma. tũc eñi post V̸ Tu esto. dr̃ V̸. Gl'ia tibi dñe q̃ na. ¶ In vigi. pẽthe. ad ꝯple. ã. All'a. iiij. vrs̃ in octa. pas. Cap̃ Tu in no. hy⁹. Saluator. V̸. Custodi. añ. All'a spirit⁹ paraclitus all'a: docebit nos oĩa all'a all'a. P̃s. Nũc dimitt;. Preces ꝛc. q̃ ad cõple. pertinẽt / explicant. ¶ In die pẽth. ad cõple. ã. All'a iiij. vrs̃. P̃s. Cũ inuo. cp̃. Tu in no. Hac die et trib⁹ dieb⁹ seq̃ntib⁹ / p̃ hymno dr̃ ista sequentia

Cõpl' 16.

Cõpl' 17.

ALma chorus domini / nunc pangat nomina summi.

Messias / sother / emmanuel / sabaoth / adonai.

Est vnigenitus / via / vita / manus / homousion.

Principium / primogenitus / sapientia / virtus.

Alpha / caput / finisq; simul vocitatur: ꝛ est oo

Fons / ꝛ origo boni paraclitus: ac mediator.

Agn⁹ / ouis / vitul⁹ / serpẽs / aries / leo / vermis.

Os / v̸bũ / splendor / sol / gloria / lux / ꝛ imago.

Panis / flos / vitis / mõs / ianua / petra / lapisq;.

Angel⁹ / ꝛ spõs⁹ / pastor q; / propheta / sacerdos.

Athanatos / kyrios theos / panthon / crathon / ꝛ isus.

Cõpl' 18.

Cõpl' 19.

Saluificet nos.
Sit cui secla.
Per oĩa doxa. Amẽ. ℣.
Custodi nos. Reliq̃s vo
dieb⁹ vt hy⁹. Saluator.
ãn. Allꝰa: spũs paraclit⁹.
ps. Nunc dimit. ⁊c. ¶ In
Cõplꝰ 18. festo scẽ trini. ad cõple.
ãn. Miserere. ps. Cũ in-
uocarem. Cap. Tu in no
bis. hy⁹. Saluator. ℣.
Custodi nos. ãn. Lucem
tuam dñe nobis concede
vt destitutis cordiũ tene
bris / peruenire possim⁹
ad lumen qđ est christ⁹.
ps. Nũc dimit. Hoc cꝑlꝰ.
vz oĩbus dup. fes. ab hac
die vsq3 ad aduentũ dñi.
Et ab oct. epiph. vsq3 ad
do. ꝑmã. xl. nisi in fes. ⁊ p
octa. btẽ marie: ⁊ in fest.
reliq̃a. ⁊ oĩm scõꝝ. Di-
cet etiã in fes. ⁊ in oct. de
dicationis ecclie/de quo
cũq3 fit serui. si extra ad
uen. ⁊. xl. ⁊ xp̃s pasc. eue.
Et si per estatẽ cõtig. vel
alias qñ oct. cũ reg. cho-
ri hñe poter. sicut habet
in eodẽ fes. ¶ In fes. reli-
Cõplꝰ 19. quiaꝝ ⁊ oĩm scõꝝ ad cõ
pleto. super ps ãn. Sã-
ctoꝝ ꝑcib⁹ cunctoꝝ red-
de salutẽ corporis ⁊ ani
me xp̃e tuis famulis. ps.
Cũ inuocarẽ. Cap. Tu in
nobis. hy⁹. Saluator. ℣.
Custodi nos. ãn. Lucem
tuam. ps. Nũc dimittis.
¶ In puri. btẽ marie ad Cõplꝰ 20.
cõplet. sup ps ã. Virgo
verbo concepit: vgo per
mãsit: vgo peperit regez
oĩm regũ. ps. Cũ inuoca.
Cp. Tu in nob. hy⁹. Sal-
uator. ℣ Custodi. ã. Glo
rificamus. ps. Nunc di.
¶ In visitatione ⁊ assũ- Cõplꝰ 21.
ptione eiusdẽ: ad cõplet.
sup psal. ãn. Sctã maria
virgo intercede pro toto
mũdo q̃ genuisti regem
orbis. ps. Cũ inuo. cpm.
Tu in no. hy⁹. Saluator
℣ Custodi. ã. Glorificam⁹
ps. Nũc dim. ¶ In nati. Cõplꝰ 22.
eius. ad cõple. sup p. ãn
Btã mr̃ et innupta vgo
gl'iosa: regina mũdi int-
cede ꝓ nobis ad dñm. ps.
Cũ iuo. cp. Tu i no. hy⁹.
Saluator. ℣ Custo di. ã.
Glorificam⁹ te dei genitrix
q̃ ex te nat⁹ est xp̃s: sal-
ua omnes qui te glorifi-
cant. ps. Nunc dimittis.
Kyrie eleisõ. iii. Xp̃e
eleisõ. iii. Kyrie el.
iii. Predicta ã. videlicet
Glorificamus. vz in oĩb⁹
fes. ⁊ per octa. btẽ marie
Et in cõmẽo. eiusdẽ p to-
tũ annũ nisi in aduentu

et i annūciatione: ꝛ i tpe pasc. ¶ Sequūtur p̄ces.
Pater nr̄. Aue maria.
Et ne nos. Sed libera.
In pace in idip̄m. Dormiam ꝛ requiescam.
Credo in deum.
Carnis resurrectionē.
Et vitam eternam amen
Benedicamus patrē et filium cum sctō spiritu.
Laudemus et superexaltemus eum in secula.
Dan. 3.c. Benedict⁹ es dñe in firmamento celi. Et laudabilis ꝛ gl'iosus et superexaltatus in secula.
Benedicat et custodiat nos oēs ꝛ misericors dominus. Amen. Confiteor Misereatur. et Absolutionē. tam ad p̄mā q̄ ad cōple. per totū annū q̄n Confiteor. dr. Et dr p̄uatim/vt vix audiat a choro: hoc modo respiciens ad altare. Cōfiteor deo/ btē marie/oībus sanctis Vertens se ad chorum/ et vobis: peccaui nimis cogitatione/locutione/ꝛ opere: mea culpa. Respiciens ad altare. Precor sanctā mariā/ oēs sctōs dei. Respiciēs ad chorū. Et vos orare ꝑ me. Chorus respōdeat ad eū conuersus. Misereat. Postea primo ad altare ꝯuersus Cōfiteor. Deinde ad sacerd. conuersus vt prius sacer. se habuit. Dein dicat sacerd. ad chorum.
Misereat vr̄i oīp̄s de⁹: et dimittat vobis oīa pctā vr̄a: liberet vos ab omni malo: conseruet ꝛ confirmet in bono: et ad vitam perducat eternā. Amen.
Absolutionē et remissionem oīm peccatoꝝ vr̄oꝝ spatium vere penitētie/ emendationē vite: gratiā ꝛ consolationē sancti spiritus: tribuat vobis omnipotēs ꝛ misericors dominus. Amen.
Deus tu cōuersus viuificabꝫ nos. Et plebs tua letabitur in te. Ps. 84
Ostende nobis dñe misericordiā tuam. Et salutare tuū da nobis. Ibid.
Dignare domine nocte ista. Sine peccato nos custodire.
Miserere nostri domīe. Miserere nostri. Ps. 122.
Fiat mia tua dñe super nos. Quemadmodū sperauimus in te. Ps. 32
Dñe deus v̄tutū cōuerte nos. Et ostende faciē tuam ꝛ salui erimus. Ps. 79

Dñe exaudi orõnē meā
Et clamor me⁹ ad te ve.
Dominus vobiscum. Et
cum spiritu tuo. Orem⁹.
Ne p̄ces predicte dñr su
pradicto modo per totū
annū ad ɔple. tā in festis
dup. q̄ simp. etiā sine re=
gimine cho. Et in fe. nisi
a cena do. vsq̄ ad oc. pa.
ita tñ q̄ in oībus fe. p̄ ad
uen. ⁊ a Dñe ne in ira. vs
q̄ ad cenā do. et a Deus
oīm. vsq̄ ad aduē. do. qñ
de fe. agit. Post ℣. Fiat
mia ⁊c. statim sequatur
Exaudi dñe vocē meā ⁊
qua clamaui ad te. Mise
rere mei ⁊ exaudi me. Se
quat ps. Miserere. tot⁹ ƥ.
sz cū Gl'ia ⁊c. Sicut erat.
sine nota. Et tūc oīa fiāt
in ɔstra. ab inceptione
Kyrie el'. vsq̄ post orō. et
Confiteor. ⁊ Misereat ⁊c.
Absolutionem. ita tamē
q̄ imediate post psal. eri
gat se sacer. solus sic di.
43 Exurge domine adiuua
nos. Et libera nos pro=
pter nomen tuum.
79 Dñe deus virtutū con=
uerte nos. Et ostende fa
ciē tuā ⁊ salui erimus.
Dñe exaudi orationem
meam. Et clamor meus.
Dñs vo. Et cū. Orem⁹.

Illumina q̄s dñe de⁹
tenebras nr̃as: ⁊ to=
tius noctis isidias: tu a
nobis repelle propitius.
Per do. in vni. eius. Dñs
vo. Bñdicamus do. Hec
orō p̄dicta cū cp. ⁊ ℣. Cu
stodi nos. dicant̄ ad com
pleto. per totū annū nisi
a cena do. vsq̄ ad octa.
pasche. ¶ Omni die p̄ an
num post cōple. de die: et
post matu. de die/ p̄ter q̄
in dup. fes. et per oct. cor
poris xp̄i: ⁊ visitationis:
assumptionis: ⁊ natiuita
tis btē marie: ⁊ dedicat.
eccl'ie: ⁊ nōis iesu: et ī die
aiar: ⁊ in vigi. nati. dñi:
et abhic vsq̄ ad inceptio
nem histo. Dñe ne in ira
et a. iiij. fer. ante pasc. vs
q̄ ad inceptionem histo.
Deus oīm. dicit̄ pro pa=
ce eccl'ie: cum genuflexio
ne sine nota iste Psalm⁹

Ad te leuaui oculos 122.
meos: qui habitas
in celis.
Ecce sicut oculi seruo=
rum: in manibus domi=
norum suorum.
Sicut oculi ancille ī ma
nib⁹ dñe sue: ita oculi no
stri ad dñm deū nr̃m/ do
nec misereatur nostri.
Miserere nr̃i dñe mise=

rere nr̄i: qr multū reple-
ti sumus despectione.
Quia multū repleta est
aīa nostra: opprobrium
abundātib⁹ et despectio
supbis. Gl'ia. Finito ps
sequit Kyrie el'. Xp̄e el'
Kyrie eleisō. Pater nr̄
Deīde dicat sacer. execu-
tor officij in audiētia si-
ne nota. Et ne nos. Sz.
ps.43 Exurge domīe adiuua
nos. Et libera nos ppter
nomen tuum.
ps.79 Dn̄e deus virtutū con-
uerte nos. Et ostēde faci
em tuam et salui erimus
Dn̄e exaudi. Et clamor
Dn̄s vob. Et cum. Orō
Ecclesie tue dn̄e pces
placat⁹ admitte: vt
destructis aduersitatib⁹
et erroribus vniuersis/
secura tibi seruiat liber-
tate: et pacē tuā nostris
concede tēporibus. Per
xp̄m. His dictis/ surgat
sacerds. et oēs clerici a p-
stratione osculantes for
mulas. ¶ psalmi peniten
tiales. Contra iram. ps.
6.



Omine ne i
furore tuo
arguas me
neqz in ira
tua corripi-
as me.

Miserere mei dn̄e quo-
niam infirm⁹ sum: sana
me dn̄e quoniā cōturba-
ta sunt ossa mea.
Et aīa mea turbata est
valde: sz tu dn̄e vsqzquo.
Conuertere dn̄e ꝛ eripe
aīam meā: saluū me fac
propter miam tuam.
Quoniā non est in mor
te qui memor sit tui: in
inferno autem quis con
fitebitur tibi?
Laboraui in gēitu meo
lauabo per singulas no-
ctes lectū meum: lachry
mis meis stratuz meum
rigabo.
Turbatus est a furore
ocul⁹ me⁹: inueteraui in-
ter oēs inimicos meos.
Discedite a me omnes
qui operamini iniquita-
tem: quoniam exaudiuit
dn̄s vocem fletus mei.
Exaudiuit dn̄s depre-
cationē meā: dn̄s oratio
nem meā suscepit.
Erubescāt ꝛ cōturben-
tur vehementer oēs ini-
mici mei: conuertātur et
erubescant valde veloci
ter. Gloria patri. ¶ Con
tra superbiam. Psalm⁹.
31. Beati quorū remisse
sunt iniquitates: et
quorꝫ tecta sunt peccata

Beatus vir cui non imputauit dn̄s pctm̄ : nec ē in spiritu eius dolus.
Quoniā tacui inueterauerūt ossa mea: dum clamarem tota die.
Qm̄ die ac nocte grauata est sup me man⁹ tua: conuersus sum in erūna mea dum configit spina.
Delictū meū cognitū tibi feci: ⁊ iniustitiā meam non abscondi.
Dixi cōfitebor aduersū me iniustitiā meā domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te oīs scūs: i tpe oportuno
Uerumtñ in diluuio aq̄rum multarū: ad eū non approximabunt.
Tu es refugiū meum a tribulatione que circumdedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me.
Intellectū tibi dabo et instruā te in via hac qua gradieris: firmabo sup te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus nō est intellectus.
In chamo et freno maxillas eoꝝ cōstringe: qui nō approximāt ad te.
Multa flagella pctōris: sperantē autē in dn̄o misericordia circundabit.
Letamini in dn̄o ⁊ exultate iusti: ⁊ gl'iamini oēs recti corde. Gloria patri.
Contra gulā. Psalm⁹
Domine ne in furore tuo arguas me: neq̄ i ira tua corripias me 37.
Qm̄ sagitte tue ifixe sūt michi: ⁊ confirmasti sup me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: nō est pax ossib⁹ meis: a facie peccatoꝝ meorum.
Qm̄ iniq̄tates mee supgresse sunt caput meū: ⁊ sicut onus graue grauate sunt super me.
Putruerūt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.
Miser factus sum ⁊ curuatus sum vsq̄ in finem tota die contristatus ingrediebar.
Qm̄ lūbi mei ipleti sūt illusionibus: ⁊ nō est sanitas in carne mea.
Afflict⁹ sum ⁊ humiliatus sū nimis: rugiebā a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est

absconditus.

Cor meum conturbatū est: dereliquit me virtus mea et lumen oculorum meorum / et ipsum non est mecum.

Amici mei et proximi mei: aduersuz me appropinquauerūt ⁊ steterūt.

Et qui iuxta me erāt de longe steterunt: et vim faciebant qui querebāt animam meam.

Et qui inquirebant mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanq̄ surdus non audiebam: ⁊ sicut mutus non aperiēs os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te dn̄e speraui: tu exaudies me domine deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeāt michi inimici mei. ⁊ dum cōmouentur pedes mei super me magna locuti sunt.

Qm̄ ego in flagella paratus sū: ⁊ dolor me⁹ in conspectu meo semper.

Qm̄ iniquitatē meā annunciabo: et cogitabo ꝓ peccato meo.

Inimici autē mei viuūt et cōfirmati sunt sup me et multiplicati sūt q̄ oderunt me inique.

Qui retribuūt mala ꝓ bonis detrahebant michi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris a me.

Intende in adiutoriuz meum: domine deus salutis mee.

Gl̄ia. ℭ Contra luxuriā ps Miserere mei deus secundum magnam mise.

ℭ Contra auariciā. ps.

Domine exaudi ora- 101
tionem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat.

Nō auertas faciem tuam a me: in quacūq; die tribulor iclina ad me aurem tuam.

In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum vt fenū et aruit cor meum: quia oblit⁹ sum comedere pa-

nem meum.
A voce gemit⁹ mei: ad-
hesit os meū carni mee.
Similis factus sum pel
licano solitudinis: fact⁹
sū sicut nycticorax in do
micilio.
Vigilaui et factus sum
sicut passer solitarius in
tecto.
Tota die exprobrabāt
michi inimici mei: et qui
laudabant me aduersuz
me iurabant.
Quia cinerem tanꝙ pa
nē māducabā: et potum
meū cum fletu miscebā.
A facie ire indignatio-
nis tue: quia eleuans al-
lisisti me.
Dies mei sicut vmbra
declinauerunt: et ego si-
cut fenum arui.
Tu aūt dn̄e in eternum
permanes: ⁊ memoriale
tuum in generatione et
generationem.
Tu exurgens dn̄e mise-
reberis sion: quia tēpus
miserendi eius quia ve-
nit tempus.
Qm̄ placuerunt seruis
tuis lapides ei⁹: et terre
eius miserebuntur.
Et timebūt gentes no-
men tuum dn̄e: ⁊ oēs re-
ges terre gloriam tuam
Quia edificauit dn̄s siō
et videbitur in glia sua.
Respexit in orationem
humilium: ⁊ non spreuit
precem eorum.
Scribant hec in gñatio
ne altera: ⁊ ppl's q̄ crea-
bitur laudabit dn̄m.
Quia ꝓspexit de excel-
so sancto suo: dn̄s de ce-
lo in terrā aspexit.
Vt audiret gemit⁹ com
peditorū: vt solueret fili
